

Direkt. nische. T. E.

C. F. A. Vetterlein, 1810.

Sammlungsband! (Biss.)


Rubr. XVIII. Nro. 25. E.

Gymnasial - Bibliothek

zu Cöthen.

(ell.

- 1) Jo. Franciscus Buddelius de Peccatis Signis, J. A. 1722.
 2) Ioh. Apol. Matth. Blaessens de recta theologia signis conformatio, T. A. 1720.
 3) Jo. Christ. Winkler de signis Doctoribus, M. A. 1735.
 4) Jo. Christ. Winkler Hof XIV. 3. V. 1722.
 5) Stephanus Georg. Zeller de signis pleniori, Evangelica Historia non novis, A. A. 1720.
 6) Ioh. Christoph. Zellmann de Planis signi & finibus de Christo, T. A. 1715.
 7) Jo. Will. Janus de causa Romanorum forme, V. A. 1715.
 8) Jam. Sibyllegus de Storia Salaria, G. A. 1660.
 9) Jo. Michael. Rangius de signis cordis divinae, G. A. 1700.
 10) Jo. Fr. Mandolinus de Melita Pauli, H. A. 1707.
 11) Jo. Michael. Rangius de Vigilia Nove Testamenti Barbaro-Graeca, A. A. 1705.
 12) Jo. Dau. Stochlaut de signis, A. A. 1710.
 13) Jo. Andre. Danziger de Paginis, statuta expedit, J. A. 1715.
 14) Jo. Franc. Buddelius de libertate cogitandi, J. A. 1715.
 15) Her. Opacius de statua et acta regesgentium, N. A. 1721.
 16) Jo. Christ. Winkler de signis Proprietatis Philologica, V. A. 1715.
 17) Jo. Henr. Michaelis de scripta I. Jacob. Monach. Catholica, H. A. 1722.
 18) Ioh. Meier de vita Christi, Sacra Eucharistica Convia, C. A. 1722.
 19) Jo. Henr. Michaelis de vita Christi, Convia Confessor, J. A. 1735.
 20) Nic. Crni. Zobellius de Mortuorum & resurrectione, a paginis adumbrata, A. A. 1734.
 21) Jo. Mat. De. erde. Rommache Christi in notis.
 22) Jo. Andre. Schmelius de de Martinius Quibus sceleris, Helm. A. 1710.
 23) Jo. Paul. v. r. v. Utren. Josephus facit Dardanorum, J. A. 1707.
 24) Jo. Henr. Michaelis de Tractu Novi Testamenti Graec, H. A. 1707.
 25) Georg. Agym. Greenius de Prologio Graecorum, C. A. 1722.
 26) Val. Hebele de San. Ioh. C. A. 1724.
 27) Jo. Jace. Rommache de L. C. de Roma Divinitate, H. A. 1730.
 28) Thad. Jo. Peltmarus de Temperamentorum in virtutibus Morales in duas, H. A. 1712.
 29) Conyph. Rommache de Concordia, H. A. 1732.
 30) Joach. L. D. v. Maasd. de concubitate Mariae, A. A. 1716.
 31) Henr. Joer. v. Basiliensi Disq. 2. de. fidei, S. A. 1719.
 32) Ioh. de sanctis et virginibus maritis Christi, C. A. 1720.
 33) Ignat. Observatio act. Corin. 4. 1. Roma, A. A. 1720.
 34) Gottlieb. Frd. Julius. Quod Christus in Graecia ex pecunia agnum parvulum non comederet, C. A. 1722.
 35) Pet. Marcius de Peccatis Alexandrina, Gen. A. 1724.
 36) Jo. Georg. Weberus de rebus omnis, J. A. 1724.
 37) Ignat. Romane de concubis forme, H. A. 1726.
 38) Frd. Wilh. v. Neuburg de Iustitia ex parte, C. A. 1726.
 39) Jo. Andre. Giebel de Rayno Confessor, V. A. 1724.
 40) Albrecht. Schumacherius de naufragio Pauli, B. A. 1726.
 41) Jo. Christ. Kinschmidt de rebus quae sunt in Melita Insula, M. A. 1731.
 42) Jo. Henr. Michaelis de libro Coheth, H. A. 1726.
 43) Conyph. Welle de ipsi etiis signis signis sacri, C. A. 1732.
 44) Jo. Henr. von Galen, quid. Henr. Michaelis Christi non sit apellos, C. A. 1722.
 45) Man. Chilaidius de Theologia emblematica, V. A. 1720.
 46) Em. Frd. v. Neuburg de Planis Novi Testam. Sacra. Gen. et Sanguis, H. A. 1729.
 47) Conyph. Saalbuch de libris Veteris, G. A. 1708.
 48) Albrecht. Schumachers de Corpore Christi mystico, B. A. 1720.
 49) Jo. Will. Heydenius de auctor. de signis etiam signis, A. A. 1724.
 50) Paul. v. v. Jobstius de sensu vocis aces bix, T. A. 1722.
 51) Paul. v. v. Jobstius de reverentia templorum Ecclesia, M. F. T. A. 1721.
 52) Herm. Becht. Pauli de Typo Symmetria, H. A. 1700.
 53) Jo. Paul. Castellius de locis in ipsius sacrum de simbolis Graecis et technicis, M. A. 1724.
 54) Jo. Casp. Krugel quod signa gradulatoria et Christi Schatz genauer, C. A. 1716.
 55) Frd. Will. Roloff de tribus D. Pauli apostoli nominibus, J. A. 1731.



3

Q. D. S.
DISSERTATIO THEOLOGICA,
DE
FALSIS DOCTORIBUS
DOMINUM IPSORUM EMTOREM
NEGANTIBUS

AD LOC.
2 Pet. II, §. I

QUAM

ΕΑΝ ο' ΚΥΡΙΟΣ ΘΕΛΗΣΗ ΚΑΙ ΖΗΣΩΜΕΝ,

AUSPICIAS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI FRIDERICI,
HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.
P R A E S E S

JOH. CHRISTIAN KIRCHMEJER

S. THEOL. D. EIUSDEMQUE PROF. PRIM. ET CONSIL. ECCLES.


ET RESPONDENS

JOH. VAL. WILHELMİ, S.S. THEOL. CULT.
HEIDELBERGA PALATINUS,

PUBLICA DNN. COMMILITONUM DISQUISITIONI
AD D. XII. JUNII. ANNI MDCCXXXIII.
EXPONUNT.

MARBURGI CATTORUM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOG.

DIVISERAT O. ALEXANDER
HESIUS DOCTORIBUS
DOMINI M. 1520 RUM EUTORREM
NEGANTIBUS
P. P. H. A.
Q. Q.
IANO. KATHON. EGYPTI. ET. IAS. ROMANI
SARAVAS. PRINCIP. DE. DOMINA
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
DOMINI FREDERICI
HANS. TANDEM. A. 1520
Joh. CHRISTIAN RICHTER
Joh. VAS. VASIN. T. 1520
LUDV. C. COMMISS. PRO. PROCLAMATIONE
M. 1520
TIT. TH. TH. G. V. V. A. 1520



DISSERTATIO THEOLOGICA

*De falsis Doctoribus, Domi-
num Emptorem ipsorum
negantibus.*

Ad loc. 2. Petr. II. V. I.

Anta gratia, in peccatoris per Gloria gratia
maxima.



J. C. D. N. facta redētione, p̄x-
fulgentis magnitudo & excellen-
tia est, ut mentis finitæ acies
splendore isto facile obtundatur,
pondusque ejus nemo satis
astimare, aut pro summa di-
gnitate celebrare valeat, nedum
magnifice nimis de ea unquam cogitare, vel sentire
possit. Laudem gloriae gratiae vocat Apostolus, qua
Deus gratis sibi acceptos facit in illo dilectio Eph. I, 6.
& υπερβολια πλευτων της χαριτος Θεος miratur Rom.
XI, 33. Est enim hoc gratiae negotium colophon &
finis

A

2

Dissertatio Theologica

finis omnium operum Dei, Psalm. CXXXVI, in quo *Mysterium Patris & Filii* se pandit, omnesque S. S. Trinitatis personæ ita occupatæ 1. Joh. V. 7. ut inde gloria Jehovæ, divinarumque virtutum & perfectio-
num cumulus, pleno jubare reuceat, atque reiecta
facie quasi in speculo conspicatur 2. Cor. III. 18.
Hæc gratia istius gloria adeo illustris, adeo pretiosa
& chara Deo, & quicquid maxime eximum, quod-
que summo Ente dignissimum, adeo comprehendit,
ut hinc sibi *Nomen* fecerit Exod. XXXIV, 5. 6. Jes.
XLII, 8. Hæc *Nomen* Iesu Christo paravit *supra omne Nomen*, ad quod omne genu se flectat Phil. II, 9. 10.
Hanc intropicere Angeli gestiunt 1. Pet. I. 12. & Seraphim admirabundi celebrant El. VI. 3. Præcipue
vero miseric hominibus ea amabilis esse debet Rom.
V. 8. 1. Tim. I. 15. ut *prædicent virtutes ejus*, qui ex
tenebris ad lucem suam admirabilem eos vocavit, 1.
Pet. II. 9. quare etiam Deo & Agno ad redemtionem no-
stram *mægato*, laudem hanc dignissimam, *omni con-*
cidente creatura, chorus cœlestis canit Apoc. V.
9--14.

§. II.

Quemadmodum vero Deus compleat omnem sua
bonitatis gratuitam benevolentiam, & opus fidei po-
tentier, ut glorificetur nomen Domini nostri J. C. in no-
bis, atque hic ipse venturus est, ut glorificetur in San-
ctis, & admirabilis fiat in fidelibus omnibus 2. Thess.
I. 10--12, ita quam maxime in fructu meriti Christi ad
salutem efficaci, atque eum nobis conserantis salu-
taris gratiae efficacia, hæc ejus gloria est conspicua. Nihil
est, quod vel in promerenda, vel etiam recipienda
falte

In efficacia
ad salutem
conspicua.

salute sibi ex se ipso tribuere possit homo maledictioni
subjectus, & in peccatis mortuus, Eph. II, 1, 5. Chri-
stus unica & perfectissima causa salutis nostræ est,
quam non modo ut Sacerdos impetravit, sed & appli-
cat, atque tanquam Summus Profeta & Rex eandem in
suis operatur. Is frustra laborare non potuit Jes.
XLIX, 4. neque solvere λύτρον, quin liberemur, nec
mereri nobis salutem, quin eam conferat, nec con-
ferre, quin salvemur. Deus gratos nos efficit in illo
dilecto, in quo habemus redēctionem per sanguinem
ipsius, remissionem peccatorum ex divite ipsius gratia
Eph. I, 6, 7. qua etiam nos vivificari cum Christo
Eph. II, 6, 7. Col. I, 12, 13, 14. quaque ex divinis oculis
custodimur per fidem ad salutem 1. Pet. I, 5. Efficit
enim in nobis & velle & perficere pro gratuita sua be-
nevolentia Phil. II, 13. vocando quæ non sunt, tanquam
sunt Rom. IV, 17. & cor mundum creando Psalm. LI,
12. qua ratione Deus bonum opus in nobis incipit &
perficit Phil. I, 7. Adeoque ea gratia salutaris efficacia
est, ut salvemur, & quidem ita, ut omnia ad salutem
ipsa in nobis operetur; quando enim Paulus dixerat,
gratia servati estis per fidem, ne quis putet hanc
omnem esse gratiam, quod ex se volentibus & creden-
tibus, tantam, qua meritum longe supereret, salutem
Deus largiatur, addit, idque non ex vobis, Dei do-
num est, non ex operibus, ne quis gloriatur, quod inde
adstruit, quia ipsius sumus opus, conditi in Christo
Iesu ad bona opera Ephes. II, 8, 9, 10. Atque in hac
ad salutem efficacia potissimum gratia gloria conspicitur,
ex qua maxima Dei perfectiones & virtutes, sa-
pientia, potentia, omnissufficientia, independentia,

libertas, sanctitas, iustitia, bonitas, amor & misericordia, quam clarissime emicant, & summa illa laus gloriae gratiae, quod ex eo, per eum, & in ipsum sint omnia, in Deum redundat Rom. XI, 33-36. Eph. III, 20, 21.

§. III.

*Dua negata
illa obscura-
tur.*

Hac contra efficacia negata, gloria illa gratia maxime obscuratur, ut illi propriis potius viribus, quam gloriae Dei litare videantur, qui praetextu majoris gratiae, eam universalem faciunt. Cum enim evenitus doceat, non in omnibus & singulis hominibus gratiam ad salutem esse efficacem, utique nec omnibus eadem communis censeri, nec sufficiens dici potest, quæ non est efficax, nisi efficacia ab hominis viribus suspendatur, adeoque ipsi gratiae denegetur. Iniquum autem esset, præcipuum gratiae nouaria negare, ut major appareat, si ad omnes & singulos se extendat. Revera enim minor gratia est nudæ benevolentiae in eo, qui benefacere potest, erga eum, qui beneficio isto absolute opus habet, licet universalis concipiatur; major vero beneficentia, quæ efficax, & in ipso effectu conspicitur, licet ex sapientissimis rationibus particularis sit. Deum ut Creatorem omnibus creaturis bene velle, & ex consilio gratia multa ad omnes homines redire beneficia facile largimur, neque negari potest, id universale esse, quod in omnibus se exercit & conspicitur. Tantum queritur num hoc omne sit, in quo laudem gloriae gratiae Deus posuit? anne vero aliquid in quibusdam deprehendatur tanquam gratia multo major ista, quæ ad omnes extenditur? ut non sit tam estimanda ab eo, quod omnibus

cons-

commune, quam ab eo, quod salvandis *proprium*,
quodque proprie *gratiae* *salutaris* nomine veniat, &
cujus magnitudo ex efficacia celebranda, quamvis ea
sit particularis. Sane hoc docet nos Apostolus, Eph.
I, 8, 9, 10. & III, 20, 21. quin & testatur, se mentionem
facere Ephesiorum in precibus suis, ut *Pater gloriae*
ipsis det *Spiritum Sapientiae & revelationis in cogni-*
tione ipsius, quo sciant, quæ excellens magnitudo poten-
tiae istius sit in nos, qui credimus, Eph. I, 16-19. Quo
satis ostendit, eos demum de Patre gloria ejus-
que *gratia* recte sentire, qui *potentissimam* ejus *effi-*
caciam agnoscunt, illudque dogma fundamentalē esse,
juxta cuius analogiam S. S. quoties de causis salutis no-
stræ agit, sit intelligenda.

§. IV.

Itaque quando 2. Pet. II. 1. falsi Doctores, qui *Locus 2. Pet.*
heretales exitiales subintroducunt, αὐτοὶ σαράντα αὐτες
δεσπότην αγνοεῖσθαι dicuntur, censi non potest, Apo-
stolum dicere voluisse, vel λαον εἰς περιποίησιν, cujus
est virtutes vocantis *prædicare* 1. Pet. II, 9. cum pro-
pria pernicie *Dominum abnegare*: vel *precioso sanguine*
Christi, propter eos, qui per ipsum Deo credunt, patefa-
cti 1. Pet. I, 20, 21. *redemtos esse*, qui *abnegando eum*, sibi
accersunt *exitium*. Non enim tam exile & avarogocio istud
Redemptionis beneficium est, ut *universale*, & pereun-
tibus æque ac salvendis *commune* concipi possit. Nec
opus erit, ita phrasim Apostoli enervare, ut *entionem*
hanc ab Electorum *redemptione* diversam intelligamus,
qua vel sentu diminutori, vel etiam *καταδοξαν*, pereun-
tes à Domino *emti* dicantur. Verus enim, atque tum
phrasi, tum scopo Apostoli conveniens, illustris hu-

ius loci sensus nobis dabit, quomodo ad salutem non redempti αγοραστία αὐτες δεσποτην abnegare possint.

§. V.

*Traditionis
huius series.* Hunc ut assequamur, scopo & verborum Apo-
stoli cohærentia perspectis I. Objectum τον αγορασαντα
αυτες δεσποτην. II. Indignum & maxime culpabilem
actum, *abnegare*, considerabimus. III. In nexu totius
hujus asserti sensum, qua ratione scil. φιλοδιδασκαλοι ή-
τελεσ απολετες in Ecclesiam introducentes, τον αγορασαντα
αυτες δεσποτην *negare* dicantur, & ita IV. Quinam
hoc vaticinio potissimum notentur, ex characteribus
scrutabimur: Adsit nobis Pater ille gloria, atque per
spiritum D. N. J. C. hosce conatus secundet!

§. VI.

Analysis. S. PETRUS, quum sciret brevi futurum, ut ta-
bernaculum corporis sui deponeret ψ. 14. c. 1 τοις ιω-
τιμον ημιν λαζαροι πισιν ψ. 1. hanc Epistolam scripsit,
tum quia justum arbitrabatur, quamdiu in taberna-
culo hoc esset, excitare eos per commonitionem ψ. 13.
tum quia operam dare solebat, ut ipsi post exitum
suum horum mentionem facere possent ψ. 15. Itaque
præmissa ad studium in fide & pietate proficiendi se-
ria hortatione, commendat doctrinam Evangelia sin-
gulari præstantia & αξιονισμα, tum quod Apostoli Ma-
jestatis Christi αὐτονται facti essent. ψ. 16, 17, 18. tum
quod ea in sermone profetico fundata, cuius maxi-
mam certitudinem atque utilitatem laudat, simulque
studium attentum inculcat, & interpretandi modum,
ex ipsa ejus origine docet ψ. 19, 20, 21. atque ita, quem
perpetuum & unicum post Apostolorum discellum.
Ecclesia habeat fidei canonem, ostendit. Quo vero
intel-

intelligerent, quam necessarium sit, unicæ illi fideire. gulae perpetuo ut adhærent, simulque discerent, quo- rum securis temporibus meminisse juvaret, insignia *vaticinia* de venturis *hæreticis & irrisoribus* cap. II. & III. subjugxit, atque ita hisce quæ l. a falsis Doctoribus s. profanis promissionum divinarum contemtoribus, usque ad extrema tempora Ecclesiæ immineant, periculis & damnis expositis, jubet præmonitos, sibi caveant, ne simul cum aliis nefariorum errore abdu- cti, a propria stabilitate excidant c. III, 17. De *Fal- sis Doctoribus* autem toto cap. II. ita agit, ut vatici- nium hoc I. breviter & summatim proponat y. 1. 2. 3. II. plenius illud exponat y. 4--22. in. I. & Venturos Doctores fallos prædictit, quos a sectis perni- ciosis, atque infamio exitu describit y. 1. 3 ab extensione s. latitudine earundem sectarum, Deique in eas judi- cicio, periculum ostendit y. 2. 3. In II. id quod dixerat tum de ipsis sectis, quoad doctrinam & mores, exitumque perniciosum exitialibus, tum de serpentis mali latitudine, atque in seducentis aliis, *hæreticorum ar- tibus & studiis*, plenius explicat y. 4--22. ubi (A) de ipsis seductoribus, eorumque characteribus, moribus & exitio ita agit, ut a. insignes defectorum societas, Angelorum lapsorum, Mundi antediluviani, & So- domæorum, Deique in eos judicia commemoret. B. cum iisdem fallorum Doctorum sectas, quoad pesti- lentes errores, nefanda scelera, & interitum compa- ret, eosque ita vivis coloribus depingat: y. 10--17. (B) quodsupra breviter de extensione & periculo y. 2. 3. monuerat, plenius prosequitur, ostendendo qui- bus artibus, ut alios y. 14. seducere, sic & illos, qui orta veri-

veritatis luce ab iisdem gravissime errantibus secesserant, ad communionem suam reducere laborent, maximo relapsorum malo, & Ecclesiae damno §. 18-22.

§. VII.

Connexio.

Futuros itaque dum prædictit A. in Ecclesia N. T. falsos Doctores (1.) ne quis hoc miretur, ad exemplum populi Israel provocat, in quo etiam fuerunt pseudoprophetæ: (2.) eorum institutum, quod hæreses exitiales subintroducuntur, notat, & quomodo hoc fiat, ostendit, (a) τον αὐγοδοκτόνον αὐτοὺς δεσπότην abnegantes: (β) velox exitium sibi ipsis accersentes. Sic enim conneicit hæc Apostolus, ut intelligamus, in quo constant hæreses exitiales, videlicet in ipsa Domini abnegatione, quæ non possit non esse perniciosa, ut particulariter sit exegética, imo singulare quid significet, quod in generali expressione quidem comprehensum, sed tamen cœu præcipuum sit attendendum; adeoque singularem emphasin h. l. habet, & per partic. etiam vertenda est. Sic ergo, dum criminis dat A. falsis Doctribus, quod introducant hæreses, etiam Dominum abnegantes, indicate vult ad exitiales esse hæreses, ut etiam Dominum αὐγοδοκτόνον αὐτοὺς negent; atrocitas enim hæreses maxime ab objecto, & erroris circa illud momento estimanda est.

§. VIII.

Δεσπότην.

Objectum dicit A. τον αὐγοδοκτόνον αὐτοὺς δεσπότην, quo ipso & (1.) objectum personale indicat δεσπότην, (2.) reale si doctrinale αὐγοδοκτόνον αὐτούς: Δεσπότης a deo & πρὸ eum denotat, qui alios quasi pedibus ligatos habeat, quorum ministerio uti possit pro arbitrio: Eadem fere notio vocis νύγος quæ a νύγος αὐθορίτας, non

non modo propriam dignitatem & praestantiam denotat, ob quam quis honorandus & colendus, sed & quasi a verbo *κύριος* sum, eorum, quorum felicitatis auctor vel sustentator sit, dependentiam, atque ita in eosdem potestatem includit. Hinc utrumque hoc vocabulum dominum significat, si quid tamen interest, deo natus privati juris nomen est, *κύριος* honoris & auctoritatis, nam & matres familias *κύριος πατέρες* jubentur, non *κυρίειν*, inquit Erasmus ad Jud. v. 4. unde & deo natus *Horus* vertitur, & qui sub jugo servi sunt, id est deo natus habere dicuntur 1. Tim. VI, 2. conf. 2. Tim. II, 9. 1. Pet. II, 18. **DEO** tanquam supremo *Domino*, utrumque tribuitur. Et *κύριος* quidem s. propriam ex origine significationem, s. usum spectemus, nomini Deo soli proprio nō respondet, atque summam perfectionem ejus significat, qui prout ē *av.*, in se ipso, a seipso & sibi ipsi omnia est, & a quo sunt omnia, sic peccatori omnia esse potuit & voluit, & juxta promissiones suas sese præfudit, ac præstiterus, quæcumque ad salutem ejus sunt necessaria; Quod *κύριος* axioma itaque tribus personis etiam in negotiis salutis oeconomia commune est, ita tamen ut *Filio*, in quo hoc nomen Exod. XXIII, 20, 22. & in cuius facie gloria *κύριος* conspicua 2. Cor. III, 18. propter opus salutis consummatum Act. II, 36. singulari ratione competit, qui s. *κύριος* vocatur 1. Cor. VIII, 6. Eph. IV, 5. Verum etiam deo natus compellatur Deus cum summa potestatis connotatione, & quidem Deus *Pater*, a quo *Simeon*, tanquam servus ab *Horo* suo dimissionem petit Lyc. II, 29. quemque ut *Creatorem cœli & terræ* hoc nomine invocant fideles Act. IV, 4. Non tamen putamus, ita solum *Patrem* vocari deo natus, ut vel ex

B

solo

solo hoc nomine concludi possit, etiam hoc nostro
loco *Patrem* intelligi, quia non *xu^ρος*, sed *δεσπότης* ap-
pellatur, siquidem hic honoris & potestatis titulus, *α*que
ακ *xu^ρος*, utriusque persona communis est: Nam Apoc. VI,
10. ubi intersectorum anima *vindictam* & *judicium*
a Deo postulantes, *δεσπότην* invocant, utique *Filiū*
ceu Regem, Judicem & Vindicem compellasse censem-
di sunt. Neque putamus Jud. v. 4. ita distingui, ut *Pa-*
ter *δεσπότης*, & *Filius* *xu^ρος* vocetur, quando enim
Erasmus vocem Θεού per incilum separat a seqq. *xai*
xu^ρον ημών, quasi illud ad *Patrem*, hoc ad *Filiū* re-
ferendum sit, ipsum hunc locum *pervertī*, non
absque ratione judicat *Beza*: articulus enim τον omnibus
his epithetis, tanquam unius ejusdemque subjecti
index præmissus, ostendit ea omnia ad J. C. referenda
esse, nec ulla L. V. contrarium vult. Nam & ipsa *Com-*
plut. τον μονον Θεον και δεσπότην τον *xu^ρον*, quod de unio
subjecto diximus, magis confirmat, atque res ipsa po-
stulare videtur; quamvis enim impium dogma sit,
Deum ex creatione supremum Dominum, solum Recto-
rem & Gubernatorem omnium negare, hoc tamen loco
intelliguntur homines *subdole* felle insinuantes *Ecclesie*,
atque doctrinam Evangelii de *Gratia* corruptentes,
quales non tam circa *Deum Creatorem & Dominum*,
quam circa *Filiū Salvatorem nostrum*, errores fovent
& spargunt; Hic ergo & *xu^ρος* & *δεσπότης* est, & qui-
dem ob summum honorem, quo nomen accepit supra
omne nomen, maximamque auctoritatem, qua cum
primis apud *suos*, quibus omnia factus est, pollet, *xu-*
ρος, & propter jus peculiare, potestatemque regendi,
gubernandi, deque suis dispensandi *δεσπότης*, uti &
Match.

Matth. X, 25. εκδεσπότης vocatur. Atque ita Judas dicere vult homines istos, qui gratiam Dei nostri ad lasciviam transferunt, **D**eum & **D**ominum nostrum J. C. negare solum δεσπότην: vel τον κύριον nostrum J. C. eos negare solum Deum & δεσπότην, qui lectionis **C**omplut. sensus esse videtur. Quum vero idem plane argumentum sit Epistolæ Judæ & II. Petri, & Judæ ille locus nostro Petrino adeo parallelus, ut ipse eo se respexisse non obscure testetur ¶ 4. & 17. utique hinc discimus, etiam Petrum **J**esum **C**hristum indicasse, quem δεσπότην illi negaturi, quod & inde cognoscitur, quia αγοράσαντα αυτὸς vocat, quod axioma Redemptori J. C. potissimum competit, quin & ex **J**uda, **P**etri interprete, colligere possumus δεσπότην, tanquam dignitatis & officii nomen, referri posse ad objectum **d**octrinale, seu id quod de certa persona affirmetur aut negetur, ita tamen, ut personale subintellectum simul indicet, scilicet **J**esum **C**hristum esse δεσπότην αυτὸς αγοράσαντα, herum vel dominum qui ipsos emerit.

§. IX.

Id ergo quod vel de Hero illo prædicatur, vel αυτὸς per quod δεσπότης est, exprimitur per αυτὸς αγοράσαντα: haud opus est monere, illud αυτὸς referendum ad φειδοῦλαντας, quorum pernicioſas hæreses hoc charactere A. describit; Observari tamen mereatur, eos considerari tanquam **D**octores, & quidem, qui sint, ut **P**etrus dicit, *inter vos*, hoc est, in Ecclesia externa, adeoque quorum dicta ceu **d**octrina accipienda, quique quod de se docent & profitentur, hoc etiam aliis credendum & profitendum præscribunt, quomodo illud relativum αυτὸς referri potest ad

B 2 quos-

quoslibet alios s. homines, sive ejusdem cœtus & professionis confortes, ut ita, quod de Domino in relatione ad seipso sentiunt, id etiam de eo prædicens resp. aliorum, & vicissim: qua ratione itaque subiectum, quod beneficium illud concernit, generalius indicare Petrus videtur, quando *aures ayogouσατο* dicit.

§. XI.

αγορα-
σατο.

ΑΓΟΡΑΖΕΙΝ est in personam vel rem, quæ sub poestate alterius est, *pretio* redditio, sibi jus acquirere; quo sensu passim in N. T. adhibetur, adeo ut nequidem in ulo metaphorico pretium excludatur, quando v. g. τον καιρον jubemur *ξαγοραζειν*, quod est nullam opportunitatem, nec ullum tempus negligere, etiam si rectus ejus usus nobis videatur *pretio* constare, omissione scilicet nostri commodi aut voluptatis, ejus enim & quicquid alias nobis carum erat, *impendio* beneficiandi opportunitas redimenda est. LXX. hac voce reddunt Hebreum ρω Gen. XL, 57. XLII, 5, 7. quod itidem *prezium*, cuius interventu aliiquid nobis comparamus, connotat Deut. II, 28. Nec obstat, quod *Ex. LV, 1. emere* jubeantur, quibus *non est pecunia*. Quamvis enim *id*, quo sitiens, vel esuriens anima saturatur, *pecunia* comparari nequeat, nec quispiam *ex se* habeat, quod tanquam *pretium* offerre possit, in ista tamen bonorum spiritualium emtione *pretium* non excluditur, quod *ex impotentia & indigentia* sensu, sincera fide receptum, jus nobis dat ad omnia, quæ ad vitam & pie- tam sunt necessaria. Denique hoc ipsum, quod *Oblatio illa Emotionis sine pecunia*, consideretur tanquam singulare beneficium, ostendit, alias nullam *sine pretio* emotionem fieri. Convenit etiam quoad rem ipsam

ipsum ratione pretii cum ἀγρός & ληστή, ita ut illud significet, certo *pretio* redimendo *liberum facere* Exod. XIII, 15. Lev. XXVII, 27. hoc vero rem vel personam, ut *suum* prehendere vel petere, & *vindicando* ius ejus prosequi, quod etiam, ubi res ita ferebat, redditio *pretio* fieri debebat Lev. XXV, 25, 26. Generalius itaque est αγοραζειν, & cuiuscunque rei sub alterius potestate existentis, interveniente *pretio*, ad quemcunque usum, acquisitionem significat, ut licet non omnis *Emissio* sit *Redemptionis* aut *Vindicationis*, tamen in redemtione & vindicatione sit *Emissio*, quoniam utrobique fit potestatis alie-
cujus in alterum, propter premium solutum, translatio,

§. XI.

Hoc ergo etiam sensu Dominum αγοραζειν con- 7. C. omis.
siderare debemus, qui redimendo emit. Negotium enim, quod Pater Filio commisit, *Emissio* & *Redemptionis* passim vocatur: Ipse Benedictus noster Salvator communii Animalium & Seniorum voce celebratur, tanquam qui nos Deo *Ememit*, Apoc. V, 9. atque de Terra & ex hominibus *Emissi* dicuntur, qui sequuntur Agnum Apoc. XIV, 3, 4. quemadmodum & Paulus, ut ostendat fideles non esse sui juris, eos *pretio Emissos* dicit 1. Cor. VI, 20. quo eodem argumento utitur, quando admonet, ne servi hominum fieri velint fideles, quia *pretio Emissi* sint 1. Cor. VII, 23. Quia tamen *Emissio*, quatenus ab eo praefatur, cui ius competit, πλησι vindicatio, & quatenus hominum, ob reatum in captivitate detentorum liberatio est, πλησι Redemtio dicitur, & απολυτρωσις est, quæ datum λυτρον includit, uti λυτραν, λυθρασθαι & απολυτρον propriæ significant sub alterius potestate detentum, *pretio dato liberare*. Et quoniam

Filius juxta pactum cum Patre Redemtionis pretium in se recepit, eoque dato redemptionem præstitit, ideo Υἱὸς εἰπεῖται, λυτρωτός, Vindex & Redemtor vocatur, qui iustitiae divinae loco nostro satisfaciendo, virtute illius lytri sibi emendo, ipsos redemit Job. XXXIII, 24. & redimendo sibi emit, ut eodem sensu dicatur dominum emisse & redemisse, nisi velimus hoc redimere, plenius exprimere beneficium, quod redemus consequitur, illud vero emere, magis respicere potestatem, quam Emotor in rem emtam sibi acquirit, utrumque tamen verum, quod λυτρώτης dare debuit, λυτρόν scilicet emtionis pretium connotat.

§. XII.

*Non meta-
phorice.*

Hoc adeo certum est, ut vel ipse F. Socinus in *prælect. c. XIX.* ubi testimonia S. S. quæ pro satisfactio- ne Christi, ab ejus *Redemptione* petita, enervare & elidere improbo studio contendit, fateri cogatur, verba illa, si proprie accipiuntur, veram redemtionem, vero pretio interveniente, significare. Malæ causa autem ma- nifestum indicium est, quod in doctrina hac maxime fundamentali, ad *metaphoram* configuat, atque temere & impie asserat; *cum Redemtionis per Christum fa-
ctæ sit mentio, nihil aliud significari, quam liberationem,* *quælibet vero pretio interveniente.* Neque enim exempla, quæ profert euu metaphorice Redemtionis, hoc, quod intendit, nempe *pretium excludi*, probant; ne- que, si vel id probarent, *nudam scilicet liberationem,* absque ullo ad *pretium respectu, metaphorice dici Re-
demtionem, evincere possent, illam per Christum re-
demtionem, absque *pretio factam esse.** Profert libera- tionem populi ex servitute Aegyptiaca, quæ voce Υἱος Exod.

Exod. XV, 13. & **דָבָר** Deut. VII, 8. exprimitur, & Moses
Act. VII, 35. **λύτρωσις** vocatur, quum tamen, ut ipsi
videtur, *nullo interposito prelio*, sola Dei potentia, li-
beratio ista facta sit. Verum infervit sua Socinus hy-
pothesi; quod si enim æternam Filii Dei sponsionem
agnovisset, atque ex ea prius illud Testamentum exti-
masset, hanc vero liberationem populi ex servitute
Ægyptiaca a Jehova, secutum & mercedem magnam
se professo, Abrahamo promissam, & hujus fide justi-
ficante acceptam, & sacrificio firmatam Gen. XV, 1. 6.
9. 13. 18. & ab Angelo, qui ipse Deus Patrum, & cuius
nomen **הַנֵּצֶר רְשָׁנָה תְּמִימָה** præstata Exod. III, 2, 6, 14.
ceu figuram liberationis a servitute peccati, serio consi-
derasset, facile potuisset intelligere, eandem non absque
respectu ad pretium Redemptoris factam esse, quod vel
sanguis agni Paschalis Exod. XII, 23, 30. & Testamenti
Exod. XXIV, 7. atque sacrificia Exod. III, 18 & V, 3. evi-
denter probant. Mira vero est, & nimis affectata Socini
αβλεψία, quando provocat ad Psalmos & Prophetarum va-
ticinia, & phrases: *redimere de morte, de inimicis &c.* in iis
occurrentes, quibus simpliciter liberationem absque pre-
lio denotari contendit: quasi *pretium* negetur, ubi non
conceptis verbis exprimitur, aut ipsa vox *redimere* il-
lud non includat. Neque dici potest, in ejusmodi
liberationibus, de quibus Profetae & Psalmi agunt,
pretium non habere locum; Nam si vel de solis beneficiis
personalibus & hujus vita, sermo ibi esset, certum tamen
est, nec Deum quicquam fidibus promittere, nec hos a
Deo petere, nisi intercedente merito Christi: ubi vero
ejusmodi vaticinia ad totam Ecclesiam & Regnum Chri-
sti referuntur, atque spiritualia gratia beneficia denotant,
evi-

evidentius patet, tales phrases meritum J. C. includere. utpote absque quo nulla peccatoris est redemtio. Neque redemtio sine pretio inde probatur, quod Deus dicitur, fecisse Redemtionem populo suo Luc. I. 68, quod si enim hoc vel maxime ad Patrem referri deberet, quod de Deo dicitur, is tamen Filium Redemptorem dando, redemtionem, quæ pretio constaret, procuravit. Denique nec pretii consideratio plane excluditur, quando Deus dicitur vendidisse eos, quos hostibus castigandos tradidit, siquidem sanctitatis & justitiae gloria inde redundans, pretium est, quod respicit.

9. XIII.

sed vere.

Quamvis vero vel maxime illi termini adhiberentur aliquando metaphorice, atque non veri nominis, sed metaphorica esset Em̄tio & Redemtio, ubi nullius pretii intercedentis sit mentio: non tamen inde sequetur, Redemtionem per Christum factam, non veram, sed metaphoricam esse; quod si enim haec sola nota est redemptionis metaphorice, ubi nullum pretium datur & accipitur, utique illam veram esse oportet, quæ pretio intercedente facta dicitur. Atqui talis est Redemtio per Christum facta, quam pretio constare, apertissime S.S. docet, dicit enim P. πυραδηλετημός, 1. Cor. VI, 20. & iterum πυραδηλετημός 1. Cor. VII, 23. quod pretium mortis & sanguinis Christi est: agnus enim occisus emit nos Deo per sanguinem suum Apoc. V, 9. quem Petrus vulgari & caduco rerum emendarum pretio, auro & argento, ceu verum pretium opponit, & πυραδηλοί, tanquam λυτρό, redemptos nos esse docet 1. Pet. I. 18. quando Christus dedit seipsum, iava λυτρωσθεια πυρα Tit. II, 14. & Ecclesiam Dei περιεποντα δια τα idis αἰματος Act.

Act. XX, 28. dando animam suam λυτρον αντι πολλων
 Matth. XX, 28. unde in Christo Rom. III, 24. & per
 ipsum, atque sanguinem ejus Eph. I, 7. Col. I, 14. & sic
 ipse I. Cor. I, 30. απολυτρωσις esse dicitur, qui se dedit
 αντιλυτρον 2. Tim. II, 6. Impudens autem plane est, &
 manifesta petitio principit, quando ad hanc instan-
 tiā, *Redemptionis metaphoricam esse non posse*,
quum diserte alicubi PRETII pro nobis dati mentio
fiat, Socinus respondet, *eadem ratione, qua redimen-*
di & Redemptionis verbum metaphorice sumitur, PRE-
III quoque redēptionis verbum metaphorice sumi. Hoc
 ipsum enim in quæstione est: An redēptionis vocabu-
 lum in hac caūfa metaphorice accipiendum sit? Pu-
 denda vero Socini hæc ῥηφη est, quando, dum prius
 ex eo, quod pretium non interveniat, redēptionem
 non veram, sed metaphorica esse, probare conter-
 derat: nunc, ubi in Redēptione hominis pretium in-
 tervenisse, negare non potest, ex eo, quod metaphorica
 sit redēmptio, pretii etiam vocabulum metaphorica sumi
 contendit, quod absurdum, animi in errore obstina-
 tissimi indicium est: Instat tamen, ad redēptionem ve-
 ram, requiri verum pretium. At verum pretium,
 dicit, intelligo non pecuniam tantum, sed quicquid, ut
 illi satisfiat, ei datur, qui captivum aut servum detinet.
 Unde porro concludit, pretium, quod Christus tulisse
 dicitur, non esse verum, tum quia (1.) is, qui captivos
 nos tenebat scil. Satanás, illud pretium non recepit,
 tum quia (2.) Deus redēptionem procuravit, adeoque,
 ut arbitratur, pretium non datum, quo nobis à parte
 Dei compararetur liberatio, sed quo nos eam re ipsa con-
 sequeremur, quatenus verbis Christi fidem adhibeamus,

C

qui

qui nos paenitentiam agere jussit. Itane vero in gravissimis ac fundamentalibus Religionis articulis, & clarissimis S. S. doctrinis ludendum est? ut vel *redemisse* dicatur, qui tantum *monet* captivos & vinculos, quantumvis impotentes, *vinculis* ut *sese exsolvant*, vel *is dicatur* *avtιλυτογενη* loco peccatoris, sub reatu poena existentis, *exsoluisse*, qui tantum aliquid agit, vel patitur, quo *fadem* faciat verbis suis, quibus *paenitentiam agere* jubet. Quasi vero opus sit tam dira pati, ut *verbis*, quibus peccator *resipiscere* jubetur, *fides conciliatur*, de quo tamen *officio*, ipsa docente ratione & conscientia, dubitare nemo potest; ut, quod *Socinus* *christianorum* de substitutione & satisfactione Christi frustra opponit, majori jure in hanc ejus sententiam, quasi tantum ad *confirmandam* doctrinam per se manifestam, tam *dira pati* debuerit, retorquere possumus: quid *indignius*, quam *nulla necessitate hominem sibi charissimum supplicio afficeret?* l. c. cap. XVII. conf. cap. XVIII. Neque tamen difficultates quas obmovet *Socinus*, respectu ejus, cui *preium oblatum*, tanti sunt, ut ipsum *preium datum*, sit negandum: Quod ut evincamus, simulque veram Emptionem & Redemptionem per Christum factam esse ostendamus, distinctius hoc negotium juxta Emptionis aut Redemptionis verae notionem considerandum est; Adeoque prout vera *Emptio* est, ubi res vel persona, quæ alterius juris est, dato ex contractu prelio, transit in potestatem alterius; Ita si J. C. homines peccatores (1.) *justitia divina ex debito penae obstrictos*, (2.) *ex pacto cum Patre*, (3.) *soluto satisfactionis prelio* (4.) *sibi cum plena potestate acquisivit*, utique vere eos emisse constat, quod nunc paulo pleniū ostendendum est.

§. XIV.

§. XIV.

Homines itaque ceu peccatores, spectandi sunt tanquam *ὑπόδικοι τω Θεω*. Rom. III, 19. qui ad restauratiōnem gloriae *Majestatis ejus Iesu*, sub reatu confiticii tenentur, adeoque sub potestate *Satanae*, mortis & peccati, captivi dicuntur, non, quod horum proprie debitoſi fini, sed quod iusto Dei iudicio, illi tanquam Executori & Lictori, his tanquam poenae, aut carcerisint mancipati. Ut mera cavillatio sit, quando Socinus pretii veritatem ex eo impugnat, quia *is*, qui captivostaret, illud non accipit, vel, quod diabolo premium dandum foret, si ad redimendum hominem dandum esset. Nemo enim Lictori aut carceri redēptionis premium ad satisfactionem debet, qui in custodiā aut penam iis traditus, sed *ei*, aduersus quem peccatum commissum est. Itaque quum aduersus Deum commissū sit peccatum, non modo evidens est, cui peccator satisfactionem debeat, sed & quid ei debeat. Quemadmodum Dei in homine gloria est, quod sit supremus ejus, tanquam creature ad imaginem ipsius conditæ, *Dominus*, perfectissimum exemplar, & *S. Bonum*, sic & per sanctitatem suam talis ab ipso agnoscī, haberi & coli vult, eamque ob causam ei legem tanquam sanctitatis normam, & ad salutem viam prescrifit, quam observando, Deum suum *Dominum* agnoscet, exemplar suum imitaretur, & summum suum *Bonum* quareret. Itaque dum legem homo per peccatum transgreditur, non modo à via consequendi salutem aberrat, eaque plane excluditur, sed & Deum suum *Dominum*, Exemplar, & *S. Bonum* abnegat, hujusque glorie ei denegat, tanquam summa injuria, reus fit. Hanc

Cz

ut

ut vindicet Deus, requirit ejus sanctitas, ne videatur peccatori similis Ps. L, 21. & ut justum est, ei male esse, qui male fecit, quo malum esse intelligatur, ita justitia Dei vindicativa in eo consistit, quod maximo malo peccatoris, Deus se vindicet, ut Dominum, non obedientes perdendo, ut exemplar, abominando sibi dissimiles, ut S. B. miseros eos, qui i plumbum derelinquent, faciendo; Nec sufficit leviori tantum pena hoc testari, sed justitia postulat peccato proportionatam, quam infinitam promeruerat crimen lae Majestatis infinitae; Debitum autem peccatoris, quo justitiae divinae obligatus, hoc est, ut vindictam illam ferendo, istam Deo gloriam reddat, adeoque penam illam ex amore Dei, ejusque sanctitatis & justitiae, ad laudem gloriae ejus ferat, & quod suo licet male experitur, Deum scil. esse Dominum & Sanctum, hoc lubens approbet, & fateatur; utrumque enim ad satisfactionem in hac, quæ injuria illata causa est, legi præstandam, requiritur.

§. XV.

*Ex patto sum
Patre.* Neutrum vero ab ipso peccatore expectari poterat; Non, ut satis unquam passus liberetur, finitus enim infinitam penam simul & semel subire non potest: ut enim nulla proportio Dignitatis inter Deum Iesum & hominem, penam lae Majestatis divinæ ferentem, sic infinitum peccati demeritum, pena finita expiari non potest, sed durationis infinitate pensari debet; Neque ut, si vel satis pateretur, eoipso satisfaciat: Invitus enim cum odio & averstione justitiae divinae, imo cum desperatione & blasphemia patiens, satisfacere, atque ex amore Dei & justitiae ejus, hanc ei gloriam reddere non potest; Quare, quum omnibus juxta justitiae di-

vinz rigorem pereundum fuisset, placuit Deo Triuno
ad manifestandam, tum S. S. Trinitatis, tum gratiae &
misericordia gloriā, illud inire salutis peccatori con-
ferendā consilium, quo eum iustificando, *jubus* effet, &
agnosceretur Rom. III. 26. & δικαιωμα τον implere-
retur idoneo pro peccato sacrificio oblato Rom. VIII,
3. 4. quod καθ' οιονοματ personarum divinarum fieri
potuit. Ut enim diversa sunt S. S. Trinitatis personae,
ita prima Pater ius Dei, quod ipsi ex creatione in homi-
nem, & quidem peccatorem competit, tanquam Domini-
nus & Judex vindicare suscepit, qui juxta legem satis-
factionem iustitiae divinæ praestandam urgeret, adeoque
vel peccatori pœnam inferret, vel Mediatorem admit-
teret. Hoc siquidem pertinebat ad jus Domini & Ju-
dicis, sub cuius potestate captivi ad pœnam teneban-
tur: ut vel hinc etiam pateat vanitas Socini, ex co-
veritatem redemptionis impugnantis, quoniam Deus re-
demptionem procuravit, quasi is qui pretium accipit,
non possit liberationem ab alio praestandam procurare,
quum potius hoc necessario requiratur; siquidem abs-
que consensu Domini aut Judicis, servus vel captivus ne
pretio quidem oblato, liberari potest. Quare, licet nemo
proprie sibi ipsi pretium dare queat, procurare tamen
potest, ut ab alio detur, quocum Emtionis vel re-
demptionis pactum init. Atque tale pactum inter Pa-
trem & Filium coaluit; Quia enim Pater amat Filium,
ejusque gloriam querit Joh. V. 20. & VIII. 50. opera
sua ei ostendit, atque Regnum *dat*. Sed *ai* testamento
legare voluit Luc. XXII. 29. in quo admirabilis & glorio-
sus appareret 2. Thess. I. 10. Quare stipulatus reparatio-
nem gloria per peccatum abnegatae, ut animam suam
daret

C 3

daret ~~in~~ Es. LIII, 10. paenamque peccati ferendo,
¶. 5, 6, 8. Execratio factus Gal. III, 15. dimidicata legis
adimpleret Rom. VII, 3, 4. Atque vicissim laboris pre-
mium, semen, hereditatem, Regnum in hominibus,
potestatem summam etiam in hostes, & omnes creatu-
ras pollicitus Es. LIII, 10, 11, 12. & XLIX. Ps. II, & VIII.
&c. Filius autem, qui solus huic tum oneri, tum di-
gnitati par erat, ut glorificaret Patrem Joh. XVII, 4. con-
ditionem suscepit, atque ad opus hoc peragendum sele-
xit Ps. XL, 7, 8, 9.

§. XVI.

Sic ergo in locum debitoris substitutus invenit,
quando reatum in se suscepit, idque multis modis,
etiam in victimarum oblatione testatus, demum vero
in carne exhibitus, hoc ipsum justitiae divinae debitum,
juxta voluntatem Patris ex pacto praestitit, dum forma
servi accepta se exinanivit, atque demisit, factus obe-
diens usque ad mortem, mortem autem crucis Phil. II, 6,
7, 8. quo rependeret, quod ipse non repuerat Ps. LXIX, 5.
Gloriae enim supremi Dominii & summae Bonitatis Dei
per peccatum abnegare, dum Iehova conterere ipsum
*wiluit Es. LIII, 10, atque ipse ex desertione Dei gravissi-
mum dolorem expertus est Matth. XXVII, 46, paenam,*
camque usq[ue] deinde ex gloria sua obscuratione Joh.
XIX, 7. Luc. XXII, 70. 71. I. Cor. II, 8. infiniti pretii dedit:
Quo ipso, quum ex amore sanctitatis & justitiae ad gloriam
Patris Ps. XVI, 2. Joh. XVII, 4. se obtulerit. non modo sa-
zis passus est, sed & ad mortem usque obediens satisfecit.
atque ita debitum peccatoris plenissime ei evidebitur tunc di-
malosu[m] Rom. III, 25, 26. solvit. Quod uti verum
autem erat, quo amplius velab ipso peccatore, si oneri
& di-

sato λυτρω
solvit.

& dignitati huic par fuisset, requiri non potuisset, ita evidens est, fuisse hoc verum αντιλογον: Tim. II, 6. dum animam dedit λυτρῷ αὐτοῖς πολλῶν Matth, XX, 28. loco & vice peccatorum, tanquam sacrificium ad expiandum peccatum. Qui enim (1.) ipse Sanctus & innocens (2.) propter peccatum nostrum, (3.) Obediendo & patiendo id præstítit, quod peccatum meruit, Deique justitia ad satisfactionem, juxta legis postulatum, ab homine requirerat, & quidem (4.) ex Dei Iudicis sententia & voluntate, (5.) ferens peccata nostra, (6.) ut legis δικαιωματα impleretur, nosque (7.) ab ejus accusatione & condemnatione liberti, (8.) Justitiam & pacem cum Deo reconciliato consequeremur, is utique loco nostro verum dedisse λυτρό censi debet. Hæc vero omnia de J. C. ex S. Si manifesta sunt.

§. XVII.

Hujus itaque lytri valore Christuseum, qui mortis imperium habebat, abolevit Hebr. II, 15. ipse vero omnibus, qui ei auscultant, auctor salutis æternæ factus est Hebr. 5, 9. Quia enim λυτρόν illo legis postulato satisfecit, utique illis, quorum loco sacrificium pro peccato factus, libertatem & vitam promeruit, ut in ipso justitia Dei fierent 2. Cor. V, 21. Adeoque, quemadmodum illorum reatus ipsi imputatus ad ferendam poenam, sic ipsius justitia illis imputaretur ad consequendam immunitatem a condemnatione, & ad salutem obtainendarum. Verum, quum ipse loco aliorum, quod ipse non debebat, præstítit, sibi etiam eodem pretio, quo illos redemit, Jus aequisivit, sibi formandū populū, in quo suam gloriam manifestaret, & à quo hujus suæ gloria laudem consequeretur; Nam & ipsa Lex.

Lex juri suo, quod in peccatorem habebat, renuntiat, eumque sibi mortuum Redemptori afferit Rom. VII, 4. ut, quemadmodum is, qui vi legis damnantis peccatorem sub peccati servitute ad mortem captivum tenebat, reatu nunc abolido, jus suum amisit; Ita contra Redemptor jus redemptos sibi subjiciendi, iisque libertatem & vitam donandi consequeretur Rom. VIII, 34. Quare & Pater haereditatem & Regnum cum plena potestate Filio promisit Psalm. II, 8, 9. & quo illud colligeret, sibi que suis bonis & legibus devinciret, & adversus hostes defenderet, omnem ei potestatem in caelo & terra dedit Matth. XXVIII, 18. Quæ hinc, si usum, fines & effectus ejus circa varia subjecta spectemus, suos salvandi, legesque Regni sui promulgandi, & fidei obedientiam postulandi, atque omnibus ad salutem illorum utendi, denique etiam hostes coercendi & perdendi potestatem comprehendit,

§. XVIII.

*Salvandi
suis.*

Quoniam ergo Christi hoc dominium redundant ut dominium suum ζωντανην Rom. V, 18 ut justificati ejus sanguine, serventur per eum ab ira γ. 9 & liberati à peccato, mancipati autem Deo, fructum habeant εις αγιασμον, το δε τέλος ζωντανου Rom. VI, 22. adeoque iis, qui sub reatu peccati captivi tenebantur ad mortem, libertatem & vitam impetravit, sed quam per fidem in ipso consequerentur Rom. VIII, 1. Joh. III, 19. Horum autem tanta propter φρονημα carnis, impotentia & malitia est, ut ex ista servitute egredi, & Christo per fidem se se trahere, atque sic in ipso libertate & vita frui, nec possint nec velint Rom. VIII, 7. Ideo, ne frustra laborem impenderet, pretio Redencionis dato, sibi simul acquisivit poter-

poteſtatem eosdem ex Regno tenebrarum ad Regnum lucis transferendi & salvandi. Dedit enim Pater ei *poteſtatem in omnem carnem*, ut *quotquot ei dedit, eiſ det vitam aeternam.* Joh. XVII, 1, 2. Non sane, quatenus Profeta voluntatem Dei, tanquam legem & normam salutis adipiscenda tantum promulgaverit. Neque, quod apud Deum impetraverit gratiam *Novi Fæderis*, cuius *conditiones faciliores*, homines infirmilicer, ex se præstare queant. Imo nequidem tantum, quatenus meruerit remissionem peccatorum, & *gratiam*, per quam vitam aeternam mereri queant, qui *recte ea uti velint*. Plus enim dicit εξοια ἡγον, ut det vitam aeternam, quam vel solam monstrare viam, vel largiri facultatem eam querendi, qua ita utantur pro arbitrio, ut multi possint non uti: Hæc siquidem εξοια ut det vitam aeternam absoluta est, a nulla conditione tantum possibili suspensa, sed adeo efficax, ut non possint non consequi vitam aeternam, quibus eam dandi habet εξοια. Hinc neque ad omnes, modo conditionem recipere velint, extensa, sed ad eos restringta, *quos Pater ipſi dedit*, quosque adeo ex Testamento aeterno ita in peculium accepit, ut in iis *salvandis gloriosus appareret.* 2. Thes. I, 10, quatenus non modo salutem confert conditiones adimplentibus, sed & *has ipſas* in iis *operatur*, adeoque & salutem & media salutis efficaciter largitur. Sic ipſe Christus interpretatur, quando non tantum afferit, hanc esse vitam aeternam, ut Patrem cognoscant solum verum Deum & quem misit J. C. Joh. XVII, ¶. 3. sed & quod *ipſe patefecerit nomen Patri hominibus*, eo modo, non quo omnibus promiscue, sed qui *iis* peculiaris, *quos Pater ipſi dederat*, cum effectu scilicet,

D

ut

ut sermonem ejus servarent, & crederent, v. 6, 7, 8.
 Pro quibus, ut sibi datis, solis rogit Patrem, ut eos,
 in quibus ipse glorificatus est, servet per nomen suum,
 & sanctificet in veritate sua v. 9, 11, 15, 17. Quos ipse
 custodit, ne pereat quisquam v. 12. pro quibus se sanctifi-
 cavit, ut sint & ipsi sanctificati per veritatem v. 19.
 Qui credituri, ut in Patre & Filio unum sint v. 20, 21.
 quibus & gloriam dedit, quam Pater ipsi dederat v. 22.
 in quibus ipse, ut sint perfecti in unum, & mundus co-
 gnoscatur, Patrem eos diligere, sicut ipsum dilexit v. 23.
 Quos, tanquam sibi datus, vult secum esse, ubi ipse est,
 ut conspiciant gloriam suam, v. 24. quibus ita nomen
 Patris notum fecit & facturus, ut charitas qua Pater
 ipsum dilexit, sit in eis, & ipse in eis, v. 26. Ex qui-
 bus omnibus evidens, hanc εξτιαν dandi vitam aeter-
 nam ex Testamento Dei respectu eorum, quos Pater
 Filio dedit, esse absolutam & efficacem, quod & alibi
 profitetur, Hæc est, dicit, voluntas ejus, qui misit
 me, Patris, ut quicquid dererit, non perdam ex eo,
 sed resuscitem illud ultimo die Joh. VI, 39. quicquid
 enim Pater ei dat, ad ipsum veniet, & cum qui venit
 ad ipsum, non ejiciet foras v. 37, ut omnes, qui ad
 ipsum veniunt, vitam aeternam consequantur, soli au-
 tem veniant, quos Pater ei dedit, nemo enim venire
 potest, nisi Pater traxerit, omnes autem quos ille tra-
 hit, veniunt, quia sunt θεοδιᾶς v. 44, 45, 46. At-
 que ex tota salutis peccatoris œconomia hoc evidens est.
*Rupes enim, quod inter Deum Creatorem & homi-
 nem integrum valebat, Fœdere operum, neque legi
 damnanti, neque conditionem vita aeterna ab homine
 præstandam postulanti, a peccatore satisfieri poterat, nec*

alia

alia ratio consequendi salutem supererat, præter solam
Dei gratiam & misericordiam: Huic convenienter ju-
 stitia circa peccatorem cum effectu exercenda, obstat
 legis debitum & peccati *reatus*, quo expiato, utique
 Deus hominem pro summa sua bonitate perficere
 & que poterat, ac liberum ei fuisse, ab initio omni per-
 fectione & beatitudine consummatum, creare. Quare,
 quum Filius Dei hunc reatum solvit, atque legi satisfa-
 ciendo justitiam impetravit, ipse etiam ex pacto cum
 Patre, sibi hanc potestatem absolutam salvandi suos,
 isto pretio acquisivit: Hinc tanquam Salvator, qui unica
 & perfectissima salutis, ut impetranda, sic & applicandæ
 causa, factus suis omnia, *sapientia, justitia, sanctifi-
 catio & redemptio* 1. Cor. I, 30. cuius *divina virtus
 omnia nobis largitur*, quæ ad vitam & pietatem neces-
 saria, 2. Pet. I, 3. qui *dona accepit in hominibus* Ps.
 LXVIII, 15. *hominibus danda* Eph. IV, 10. ut Ecclesia
 sit πληρωμα των παντων εν πασι πληρωμενων Eph. I, 23. quam
sanctificat Eph. V, 25. & *sibi populum purificat* Tit.
 II, 14. *Vivit enim in suis* Gal. II, 20. & *per fidem habitat
 in cordibus eorum* Eph. III, 17. Denique omnia *gra-
 tie dona, quorum efficacia ad salutem perducimur,
 regeneratio, fidei donatio, sanctificatio, conservatio*,
 uti Spiritus S. potentissima operationi tribuuntur, ita
 ex illa *potestate Christi derivanda sunt*. Nam ipse hic
 Spiritus est *Filius*, Gal. IV, 6. *quem promissum adeptus est
 a Patre* Act. II, 33. ut hinc, *quam certum est*, ho-
 minem peccatorem ex se nil posse conferre ad salutem
 suam, nec te ab aliis discernere, sed ipsam conversio-
 nem & fidem esse *Dei beneficium*, ipsosque fideles
 ejus πονημα Eph. II. *tan certum sit, haec omnia ex me-*

rito Christi dependere, atque illa comprehendit $\xi\zeta\alpha\omega$, quam accepit, ut iis, quos Pater ipse dedit, det vitam aeternam, quæ adeo tanta est, & tam efficax, ut ea frustra uti nequeat, & quia ea nunquam non vult uti Joh. X, 16. sequitur illos omnes & solos, quos Pater ei dedit, ut ipsis det vitam aeternam, hanc etiam certis me consequi.

§. XIX.

*Postulandi
fidem,*

Quoniam vero homo ex naturali etiam ad Deum relatione obstrictus est, ut resipiscat & vivat, atque $\lambda\omega\gamma\omega\varsigma$ iste, quod Christus venerit in mundum, ut peccatores servaret, πέποντος εστι καὶ πάσης απόδοξης αἴσιος 1. Tim. I, 15. adeoque nemo sine crimenе tantam salutem negligere potest: Ipsa vero Fides, per quam solam Christi & beneficiorum ipsius participes fieri possumus, quamquam sit ex Testamento Dei donum, est tamen & manet hominis officium, quin & Spiritus Sanctus eam in nobis operatur tanquam officium nostrum, & F. G. conditionem a parte nostra requisitam, eamque ob causam heredes salutis per verbum & vocationem exterritum adducendi sunt; Utique cum illa potestate salvandi, conexa est potestas legem fidei promulgandi, ejusque obedientiam postulandi, & secundum eam judicandi, quæ Christo, tum ut Profetæ & Apostolo confessionis nostræ, tum ut Regi competit. Usus jam ea est a principio Ef. XLVIII, 16. 1. Pet. III, 18, 19, & populo suo legem dedit in monte Sinai Act. VII, 38. in carne autem exhibitus, Evangelium Regni prædicavit, dicens: *Resipiscite & credite Evangelio Marc.* I, 14, 15. & consummatus, pariete intergerino sublato, *Tessis, Princeps, & Praeceptor nationum constitutus*

tutus Es. LV, 4. Apostolos suos jussit prædicare Evangelium omni creaturæ Marc. XVI, 15, 16. & annunciare αὐτῶν πασι πάνταχς μελανοῖς Act. XVII, 30. & quidem promiscue omnibus, etiam non electis Matth. XX, 16. & XXII, 14, tum quia occasione Electorum inter eos versantium vocantur, tum quia satisfactio per ipsum præstata omnibus sufficit, qui eam fide recipiunt, atque hoc ipsum commune est omnium officium, quare etiam Christus ut *Legislator* Jes. XXXIII, 22. sic *Judex* est omnium, Joh. V, 22. Act. XVII, 31. Matth. XXV.

§. XX.

Et quia omnia, quæ propter hominem ad gloriam Dei condita, uti per peccatum maledictioni subiecta, ita per Christi meritum isti usui restituta, ut Elec^{ts} simul ad salutem conferre debeant. Rom. VIII, 23. Ideo & Christus Redemptor potestatem accepit in omnia, πασαν ἐξουσίαν in cælis & terra Matth. XXVIII. ut omnia ipsi subjæcta Psalm. VIII, quibus ad gloriam suam, suorumque salutem, utendi potestatem habet. Hinc & cælum ipse occupavit, ubi gloriam suam pandat, suisque locum paret. Joh XIV, 2. 3. Et Angeli Dei eum adorant Hebr. I, 6. qui ministratorii Spiritus sunt, ministerii causa missi propter eos, qui hæredes erunt salutis, v. 14. Et Terra ejus est, & quicquid implet eam, Psalm. XXIV, 5. in qua Regnum erigit & moderatur, cuius etiam proventus ipsius merito sanctificantur, ut cum gratiarum actione iis fruantur fideles 1. Tim. IV, 5. 6. quorum sunt omnia, quia ipsi Christi sunt 1. Cor. III, 22, 23. Et omnes homines ipsius potestati sunt obnoxii sive cives, seu servi seu hostes: Omnesque aliquæ creaturæ Psalm. VIII, 7, 8, 9. quibus in regimine

*Prændi omnia
bus.*

Mundi & Ecclesie ad afferendam suam gloriam, promovendamque suorum salutem uitetur, per hoc enim, quod Pater ei subjicit omnia, nihil omisit, quod non sit ei subiectum Hebr. II, 8.

§. XXI.

*Coercendi
hostes.*

Denique ex eodem etiam jure fluit potestas vindicandi & defendendi suos, coercendi autem, atque vincendi & perdendi hostes. Quum enim Satan eos, quos seducendo sibi subjicit, non tantum ex iusta Dei sententia, tanquam Executor judiciorum divinorum, sed & ex propria malitia captivos teneat, omnemque vim & potentiam ad eos retinendos & perdendos impendat, ut majori demum potentia a fortiori fortis ille vincendus sit Matth. XII, 29. Insuper vero ille Vindex sui Psalm. VIII, 3. sibi eruptos persecutur, & deglutire gestiat 1. Pet. V, 8. atque ceu immundi hujus mundi Deus, Regnum suum Regno Christi opponat, eique, sceptro impiorum, perpetuo nocere studeat; Ideo Christus Rex virtute ejusdem, quo iustitiae divina satisfecit, pretii potestatem sibi acquisivit, tum in Satanam, cuius & caput contrivit, Gen. III, 15. & opera destruxit 1. Joh. III, 8. & prædam cripuit Matth. XII, quemque cum Angelis suis sibi subjicit Luc. IX, 1. & X, 19. tum in totum Satanæ Regnum, omnesque suos suorumque hostes, quos sua potentia coercet, vincat, & destruat. Conf. inter alia plurima, Deut. XXXII, 43. Psalm. II, 9. & XLV, 6. & LXVIII, 22. & CX, 1, 6. Et XLIX, 25, 26. 1. Cor. XV, 25. Apoc. VI, 10. &c.

§. XXII.

*Ex pretio di-
gnitatis.*

Hanc porro potestatem jure emtionis sibi acquisivit, quæ Redemptori debebatur ex pacto & condigno. Chri-

Christum pati, & introire in gloriam oportuit Luc. XXIV, 26. 1. Pet. I, 11. Non modo quoniam hoc præmium sub ista conditione promissum erat Es. LIII, 10, sed &, quoniam obedientia ad mortem usque, erat causa, propter quam exaltatus Phil. II, 9. & quidem ex commutatione justitiae, qua cum obedientia praestata merces debita reciprocatur, q.d. IDCIRCO portionem ei dabo inter multos, & cum robustis dividet spolium, EO QUOD effudit animam suam ad mortem Es. LIII, 12. Res ipsa loquitur. Tanti enim valoris præmium est, ut præmium istud excedat, atque hæc persona ~~se a dignitate infinita dignitatis~~ obedientia, ad meritum illud infinitum proportionem habeat. Valor illius pretii in eo consistit, quod Filius obediendo cum gloriæ suæ exinanitione Phil. II, 6, 7, 8. Patrem glorificaverit, quare dignus erat, quem Pater vicissim glorificaret Joh. XVII, 1, 2, 3. Et quia gloriam supremi dominii, summae que Bonitatis divinae, per peccatum abnegatam, ista sua ad mortem, cum gloriæ suæ impendio, obedientia, Deo Patri, ut Judicii, asseruerat & restauraverat; justum utique ex ipsa talionis lege erat, ut Pater vicissim Filio eandem gloriam assereret, atque servandi & perdendi potestatem tribueret, ceu prelio isto dignissimam Apoc. V, 9, 12, 13. quæ omnem, quam supra diximus, potestatem complectitur. Adeoque sic (N) ex condigno meritum potestatem salvandi suos; Quia enim legis postulato satisfecit, utique iis, pro quibus præmium illud dedit, juxta ipsam legis sententiam, libertatem & vitam imperavit Rom. VIII, 3, 4. Gal. II, 19. Quamvis vero vita æternæ præmium, obedienti promissum, respectu hominis, licet integri, ex F. O. non habuisset rationem
meriti

*meriti ex condigno: Christus tamen postulato legis satisfaciendo, hanc sibi salvandi suos potestatem ex condigno meruit. Quia enim F. O.rupto, homo non poterat salutem ex merito suo consequi, debitum autem legis obstabat, quo minus in salvando homine suam Bonitatem Deus exercere posset; justum utique erat, ut *nisi omnes vocatus* eam exerendi potestatem haberet Filius, qui debito illi satisficerat. Et quoniam maxima hac est Deigloria, quod sit S. B. hominis, & vita eterna 1. Joh. V, 20. Psalm. XXXVI, 19. Filius autem hanc Patri asseruerat Ps. XVI, 2. tandem etiam jure postulabat Joh. XVII, 3, 4. quam *ipsi* Pater tribuit, quando *et sociis* vitam eternam dandi ei contulit, ¶ 2. ut in iis, quorum causa se exinanivit, gloriosus appareret 2. Thes. I, 19. Et quia (2) debitum, quo peccator Legi obstrictus, solvit, atque gloriam Legislatori summo, sua obedientia reddidit; non modo ab illo peculiari legis jure nos liberavit, & ipse unica salutis causa factus, sed & sibi jus legem fidei ferendi, & ejus obedientiam postulandi consecutus est. Eiusdem (1) pretii valore, cujus merito Mundus conservatus, & quæ propter hominem condita, usibus suis restituta, omnibus utendi jus sibi acquisivit. Et qui (7) vindicande gloria divina causa, ut imperium Satanæ aboleret, & salutis causa fieret, contritus, eo ipso, tum ad suos defendendos, tum ad gloriam suam vindicandam, hostes & immorigeros perdendi potestatem meruit Ps. II 8. 9. 2. Thes. I, 8. Uti E. hinc veram ex dignitate pretii, intentionem agnoscamus; sic simul, quo quosque jure Christus emerit, eorumque Dominus sit, denique qua injuria hunc *ayogas-tavla negent* Ψευδοδιδαχαλο, intelligemus.*

§. XXIII.

§. XXIII.

Negotium, quod Filius Dei in salutis œconomia *Quo jure suscepit, ideo quoque emisit.*
 peculiare *J U S & potestatem* sibi acquisiverit,
Emisionem vocari vidimus. Omnes E. emissi dici pos-
 test, in quos qualemque *jus consecutus* est. Verum
 quum istius *juris* diversa sit ratio, & *potestatem* conser-
 rat *quosdam* quidem *salvandi*, alii autem utendi, de-
 nique *coercendi & perdendi* alios, evidens est, non o-
 mnes ipsum *codem jure* emissi, qui in alios tq. *Cives suos*, in alios ut *servos*, in alios vero *ceu hostes* po-
 testatem impetravit. Itaque (n) ceu Sponsor & Salva-
 tor sensu propriissimo & plenissimo eos *solos* redi-
 mendo emit, quos eo *jure* sibi acquisivit, ut *det ipsi*
vitam æternam Joh. XVII. 3. & quidem ex ista pleni-
 tudine potestatis, qua eosdem efficaci sua gratia ex
 Regno tenebrarum ad Regnum lucis transfert, sibique
 per donum fidei subjicit, & ev. διωγμον ad salutem custo-
 dit I. Pet. I. 5. adeoque in quibus ipse per Spiritum vi-
 ta novæ initium, progressum & consummationem ita
 operatur, ut perire nequeant, sed certo salvantur, conf.
 §. XVIII. Hos enim (*a*) *solos* de Mundo, Pater Filio
 redimendos *D E D I C*, quibus dandi vitam æternam
εχετε eidem contulit Joh. XVII. 3. & quibus ipse no-
 men Dei manifestavit ysl. 6. qui crediderunt ysl. 8. pro
 quibus solis rogat ysl. 9. quosque vult ibi esse, ubi ipse
 est, ut videant gloriam suam ysl. 24. Neque alios dedit,
 nisi qui salvantur, quia *quosunque* dedit, certo salvantur;
 sic ipse Christus testatur, *quicquid D A Z* mihi Pa-
 ter, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam
 foras Joh. VI. 37. est siquidem voluntas hæc Patris, ut

E

quic-

quicquid mihi **DEDERIT**, non perdam ex eo, sed su-
scitem illud in ultimo illo die **¶**. 40. Hi sunt, quos
Pater elegit in ipso, ut essent sancti & irreprehensibiles
Eph. I. 4. quosque prædictinavit ut conformes fiant
imaginis ejus Rom. VIII, 29, atque illius, qui inter fra-
tres primogenitus, cohæredes constituit, dum ei hæ-
reditatem Ps. II. & Regnum testamento legavit Luc.
XXII. de quibus ergo illud redēptionis pactum init-
ium est, ut, si animam suam **¶** posuerit, *semen*
videat Es. LIII, 10. Atque hinc (β) pretium emtio-
nis etiam proprie & cum effectu pro iis solis solutum
est Joh. X 14, 15. Act. XX. 28. Eph. V. 25, 26. Tit.
II. 14. quorum vice & loco λυτροῦ αὐλί πολλῶν Matth.
XX. 28. ceu verum αὐλιλυτροῦ 1. Tim. II. 6. Christus
emtor eo valore & fructu dedit, ut eosdem, factus
pro illis maledictio, a *maledictione* legis redimeret
Gal. III. 13. qui habent redēptionem per sanguinem
ejus, remissionem peccatorum Eph. I. 7. & sanguine
ipsius *εὐδείξιν δικαιοσύνης αὐτοῦ effuso*, per hanc re-
dēptionem *juliffrantur* Rom. III. 24, 25. Quinimo ut
vivant, non sibi, sed *ei*, qui pro ipsis mortuus est,
2. Cor. V. 15. siquidem in illis, pro quibus se tradidit,
ipse etiam vivit Gal. II. 20. Denique ut nemo eos con-
demnare, aut a dilectione Christi separare queat
Rom. VIII. 35. Quare etiam (γ) hi soli ea emphasi
sunt *ipsius* 1. Cor. III. 23, qui Regni ipsius Cives, ejus
Fili, semen, fratres, membra, in quibus per fidem ha-
bitat Eph. III. & vivit Gal. II. qui Spiritum *ipsius* ha-
bent Rom. VIII 9. & in ipso inveniuntur Phil. II. qui
bus factus est *sapientia, iustitia, sanctificatio, & re-
dēntio* 1. Cor. I. 30. qui ipsum *agnoscunt, & vocem*
ejus

ejus audirent Joh. X. 14, 16. qui corpore & Spiritu ipsum glorificant 1. Cor. VI. quibus ipse est vita æterna Joh. XVII. 3. Mat. XXV. 33, 34. adeoque, qui in ipsum credunt, vel credituri sunt Joh. XVII. 20. ibique futuri, ubi ipse xl. 24. & in quibus, quum venerit, glorificabitur 2. Thes. I. 10. Tales vero hoc sensu suos habet, non ex corundem libera voluntatis naturalis deditione Joh. VI. 44. sed ex illo jure, quo eos a Patre accepit xl. 36, & potestate, quam sibi acquisivit, salvandi suos Joh. XVII. cuius virtute eodem per Spiritum suum sibi vindicat, talesque, quales ipsius Cives & peculium esse oportet, facit, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, se & atorem bonorum operum Tit. II. 14. & se ipsum tradidit pro Ecclesia, ut illam purificaret - & salveret eam sibi ipsi gloriosam Eph. V. 25, 26, 27. eosque, quos ex omni populo & natione per sanguinem suum emit, Reges & Sacerdotes Deo nostro fecit Apoc. V. 9, 10. Itaque quum Emilio sit peculii ex pacto, dato λύτρῳ, acquisitio, utique eos proprie emissi. dicens est, quos ex pacto cum Patre redimendos accepit, pro quibus λύτρον expoluit, quosque ceu peculium suum, ut in iis glorificetur, ad vitam æternam perducit. Quoniam vero (2) cum illa εξόσια vitam dandi suis, potestas ferendi leges & utendi omnibus conf. §. XIX. & XX. connexa est, atque illa ad eos quoque se extendit, qui non sunt scripti hæredes, quosque ideo ut suos non agnoscit Mat. VII. 23. ut pote qui sub potestate peccati dominantis & legis damnantis permanentes, in plenam Salvatoris pot-

statim non venere *quos* tamen: ut Legislator verbo Evangelii vocavit, & ita ad externam Fœderis & populi sui in hoc mundo communionem perduxit, quique in ea nomen ejus profidentur, & externis salutis mediis, juxta cum aliis beneficiis fruuntur, *eos*, quamvis irregeniti, ipsi mentiantur, suo tamen iure sibi obstrictos habet, atque sic *eodem* sibi emisse dici potest, quibus præcipere & quorum ministerio etiam & opera uti potest, ut ita sint *in domo* ejus, quemadmodum *in magna domo non tantum sunt vasæ aureæ & argenteæ, sed etiam lignæ & testacea, & alia quidem ad decus, alia vero ad dederis* 2. Tim. II. 20. Qui vero [1] extra Regnum & domum ejus hostes se ferentur, eos quidem ut *suos* sibi emisse dici nequit; quia tamen eodem pretio, quo *ezorav* salvandi suos sibi comparavit, simul etiam ad salutem suorum, potestatem coercendi & perdendi hostes consecutus est, utique *hanc*, & cum ea ipso hostes emisse, non tamen alio sensu, concipi potest, quam quo Deus puniendos vendidisse dicitur.

*eodem Domini
vno eis,*

§. XXIV. Quemadmodum vero emptionem hanc nemo præstare poterat, nisi Dominus gloria, sic ex ea, vigore potestatis acquisita Dominus factus est, ut Dominus qui emisit, ideo & Dominus sit, quia emisit, ex λόγῳ enim per mortem expiatoriam dato, dominium consecutus est Rom. XIV. 9. Act. II. 36. Phil. II. 9. 10. 11. Et quidem, uti creationis, sic & emptionis iure omnium Dominus est, diversa tamen ratione, pro vario potestatis istius ex pæcto ei collata usu & fine, quāt. Salvator, Legislator & Judex, adeoque qui potest servare & perdere Jac. IV. 12. Itaque corum, *quos*

quos cum potestate salvandi, suo sibi sanguine acquisivit, singulari & plenissimo titulo Dominus est; *hos enim pretio emit ut suos* 1. Cor. VI. 19, 20. & VII. 23. & ab omni potestate aliena atque servitute liberatos Hebr. II. 14, 15. sibi tanq. peculium vindicat, quod per Spiritum occupat, possidet, ornat, tuetur, & ad salutem æternam perducit; *quos hæredes & gloriæ suæ consortes facit*, in quibus vivit & se glorificat, quibus, ut vis nominis ~~Him & Kupios~~, exprimit, *omnia est*: *Quique vicissim ipsum Dominum acceperunt*, cui se totos tradiderunt, & in quo incedunt Col. II. 6. qui per Spiritum S. eum vocant *Dominum* 1. Cor. XII. 3. & corpore atque Spiritu, quæ Dei sunt, ipsis glorificant 1. Cor. VI. 20. Sunt tamen & alii, qui voluntatem Patris ejus non faciunt, nec in Regnum Cœlorum introeunt, ipsi tamen dicunt, *Domine, Domine*, Matth. VII. 21. Quamvis enim eos ceu Regni sui cives & hæredes non agnoscat *yl. 23.* eorum tamen vel ideo ex sedere externo *Dominus* est, quia ipsum ore profitentur, & in externa communione bonis, privilegiis & gratiæ mediis externis fruuntur *yl. 22.* & quibus hinc præcipiendi & utendi, jus peculiare habet. Quin & omnium creaturarum *Dominus* est, cui omnia, quibus ad Regni sui commodum, sruorumque salutem, utatur, subjecta sunt Pl. VIII. 7, 8, 9. Denique & *hostium* Dominus est, in quorum medio dominatur Pl. CX. 2. quando eos vincit vel sibi & Regno suo eos subjiciendo, vel coercendo, vel destruendo, quo pertinent omnia ejus, ad ultimum & universale usque, judicia.

§. XXV. *DOMINUM* itaque esse Jesum *quem abne-*
E 3 *Chri-gant.*

Christum omnis lingua confiteri debet Phil. II. 11. ut contra omne jus fasque agant, ipsum αγνοειν. Abnegatio opponitur confessioni, ut negative, sic positive: Confessio autem fit vel animo, per solidam doctrinæ de Christo tanq. unica & perfectissima salutis causa, omniumque hujus veritatis fundamentalium articulorum agnitionem, cum sincero assensu & congruo affectu conjunctam; vel ore fit Rom. X. 9. per fidei coram hominibus professionem Matth. X. 32. & απολογια omni petenti reddendam. I. Pet. III. 15. Denique vel opere, quando virtutes Dei per conforme studium nostrum annuntiamus I. Pet. II. 9. ambulantes tanq. filii lucis Eph. V. Matth. V. 16. atque sic ipso opere exprimentes veritatem, quæ in Christo est, deponendo veterem, & induendo novum hominem Eph. IV. 22, 24, re ipsa testamur, quam vere ipse sit Salvator, & quam sincere agnoscamus ipsum Dominum, cum omni reverentia, fiducia & obsequio. Quoniam vero ille Αποστολος της ομολογias hac confessione dignissimus est, utique eum talem non confiteri, est cum abnegare, quo sensu saltem negative ipsum abnegant, qui eum non cognoscunt, vel non curant habere in notitia. Gravius tamen crimen est, positive cum abnegare, quod iterum fit, vel animo, hoc est sensu, vel etiam affectu, quando quis erroras & salutis fundamentum destruentes opiniones saret, vel veritati cognitæ resistit, sive ei non assentiendo, sive contradicendo, idque vel ex simplici errore, vel ex veritatis odio. Ore abnegant, sive qui erroneam doctrinam profitentur, sive veram negant, idque velex metu eam dissimulando, vel ex præcipitantia & perturba-

turbatione abnegationis vocem emittendo, vel ex malitia errores gravissimos propagando, aut ad hæreses defiendo: *Opere autem abnegant, qui Deum, & sic Christum Dominum, profitentur se scire, cæterum factis negant, quum sint abominabiles, anædes, dicto non obedientes & rebelles, & ad omne bonum opus reprobi* Tit. I. 16. Fieri equidem potest, ut recte de Christo Domino sentientes, eique animo adhærentes, ex metu, aut aliunde turbato affectu ore negant, quod corde credunt, quæ magna fidei infirmitas est. Qui vero animo & opere negant, quod ore profitentur, insignes hypocritæ sunt. Denique qui animo, ore & opere malitiose & obstinate Christum, ejusque doctrinam abnegant, *anædes & impii sunt, atque si fidem antea professi, hæreseos & apostasias crimen incurront.*

S. XXVI. Atque in hoc plenisimo significa-
tu dicuntur illi φυσιδιασκαλοι **Domiuum** δεσποτην αυτο-
ραγαντα αυτες αρχιμενοι. Non enim qualemcumque sim-
plicem negationem indicare Apostolum, ex ista ap-
positione αυγοραγαντα αυτες, qua ut **domini**, sic & **cri-**
minis, eum abnegantium peculiaris qualitas indicari
videtur. Plerumque hæc ita redduntur: **dominum**,
qui illos emittit, quasi **Apost.** in eo impietatis atrocitatem
collocet, quod **illum dominum**, qui eos emit, adeo-
que, cui tanti beneficij intuitu debeant esse obstrictissi-
mi, tantum bonum negligentes & contemnentes,
abnegent. Quia vero hinc sequitur homines impios
& exitio devotos a **Christo** etiam emitos esse, adeoque
ab ipso emitos deficere & perire posse, inde est, quod
Interpretes pro diversis hypothesibus de hac emtione
non
dominum quis
eos emit.

non idem sentiant. *Qui enim vel ita fructum mortis & meriti Christi imminuunt, uteum ad omnes & singulos homines, perituros &que ac salvandos, pari jure extendere possint, adeoq; vel omnem veri nominis satisfactionem, & quæ per eam facta sit, redemptionem inficiantur, vel talem concipiunt, quæ omnibus hominibus communis, nec alium fere effectum habeat, quam ut Deus testetur universalem suam misericordiam, & novum Fœdus propōnere & offerre queat; vel salutarem omnem effectum ab hominis arbitrio suspendunt; vel, qui licet a gratia quadam speciali, & non a viribus hominis efficaciam derivent, ita tamen Christum ex intentione se pro omnibus tradidisse putant, ut justitia divina pro omnibus satisficerit, salutemque meruerit sub conditione si resipiscant & credant; Illi omnes hoc abutuntur loco, quasi ex eo constet. gratiam Dei a deo universalem esse, ut pro omnibus Filium impenderit, & Filii merito omnes omnino homines emtos esse & redemptos, siquidem & illos ab ipso emtos esse Petrus doceat, qui tamen eum abnegant, per proprium exitium, mercedem in iustitiae reportaturi xl. 3 - 13. & quibus caligo tenebrarum in aeternum servata xl. 17. Ex altera parte, qui Redemtionem ex consilio & pacto Dei non ultra Electos & salvandos extendunt, & adeo efficacem, ut omnes sic emti certo salventur, atque hinc ex evenitu, particularem statuunt; hanc a Petro, ut supponitur, assertam reproborum mentionem, de Redemtione ex testamento aeterno per Christum Salvatorem facta, intelligi nolunt, sed de alia quacunque emtione, a redēptione ad salutem diversa, accipiunt, cuius*

ius ab ista discrimen vel in termino δεσποτης vel αυ-
χαζεν querunt: Sunt enim qui per δεσποτην Deum
Patrem indicari contendunt, quem passim, & qui-
dem uti illi volunt, ex S. S. Trinitatis personis solum,
hoc axiomate insigniri arbitrantur, quique hos
apostatas, non ut Salvator ad salutem, sed acquisitio-
ne generalius sumta, dicatur emisse, quos ex mundi
ignorantia & profana scelerum licentia ad notitiam
Evangelii, & externam Ecclesiae communionem voca-
vit, sibique servos acquisivit; quam interpretationem
ex Deut. XXX. 6. confirmari, imo phrasin desumptam esse
quidam putant. Quoniam vero & hac expositione Emis-
sio sensu diminutori accipitur, nihil nos cogit per δε-
σποτην Patrem intelligere, quum & Filio talis Emis-
sio competit. Itaque alii Filium hos apostatas non q.
redemisse, sed tamen emisse volunt, quos non modo
per verbum ad communionem Ecclesiae externam vo-
cavit, ut nomen ipsi per professionem dederint, sed
& quos insuper eximiis dotibus s. animi s. corporis
ornavit, & per easdem ad famulitium suum adscivit,
insignem in Ecclesia externa gradum consecutos; qui-
que hinc multis beneficiis Ei obstricti, dum ipsum
abnegant, αναπολογητοι sunt, & profanam impietatem,
atque malitiam apertius produnt. Alii proprietatem
Emissionis, ut redēptionem includat, magis servaturi,
arbitrantur hos falsos, & ad exitium properantes do-
ctores emtos a Domino, dici Petro, non q. κατ' αλη-
θεαν, sed κατα δοξαν, quoniam tanq. Ecclesia externae
membra, & qui insignes Doctores, Christique Ministri
haberi cupiebant, a Domino se emtos gloriabantur,
talesve aliis videbantur. Quæ q. interpretationes eo

F

tenden-

tendentes, ut impii & ad exitium servati, Redemtio-
ne Electorum, ex Testamento per sanguinem Christi ut
Salvatoris facta, excludantur, analogia fidei consen-
tiunt, neque à doctrina Apostoli aliena sunt: Hic e-
nī, quum i. Epist. I. 18 - 23. eos, qui credunt in Deum,
animasque veritati obediendo purificarunt, *preioso*
sanguine Christi & vana conversatione redētos affe-
ruerat; censeri non poterat, & illos, qui veritati non
obediebant, animas vero fœdissimis peccatis pollue-
bant, & Dominum abnegabant, eadem redētione
emtos, dicere voluisse.

petius: emi-
te b. e. quod
emerit.

§. XXVII. Verum nec hoc in comperto est,
Petrum eos emtos a Domino afflere, qui Dominum
abnegant, dicit τον αγροταγα των δεσποτην αγνεμενοι,
quaꝝ phrasis non necessario ita verti debet, *Dominum,*
qui ip̄os emit, quasi ad ostendendam delicti gravita-
tem, exprimatur beneficium, quo reapse sint affecti,
ut ingrati, imo rebelles censendi, qui a Christo licet
redemti, ipsum tamen abnegent: Possunt enim ver-
ba αγροταγα των δεσποτην, ita referri ad objectum, ut expri-
matur, non q. quid beneficii apostata ab eo accep-
rint, sed quid de eo negent, sensusque sit, eos negare
Dominum, qui eos emerit, h. e. quod eos emerit, ad-
eoque per hanc appositionem describatur objectum,
ut indicetur, quid de eo in prædicato dicatur. Ita
quando Hebr. III. 1. Ap. hortatur, *considerate Aposto-*
lum & Pontificem professionis nostræ Jesum Christum,
utique Jesum Christum describit ceu eum, qui est A-
postolus & Pontifex, ut indicet, quid in eo considera-
re, qualemque recipere debeat; Simili ratione per
αγροταγα των δεσποτην, ut ostendat,
quid

quid illi Domino denegent, scil. *quod* illos emerit. Hoc equidem sensu videtur utique Judas §l. 4. describere impiorum, qui subrepserant, hæresin, ut exprimat, in quo ea consistat, & quid circa Christum negent, d. d. μονον δεσποτην, Θεον και Κυρον ημαν Ιησουν Χρι-
στον αφριγμενοι, scil. illum esse solum istum herum, Deum & Dominum nostrum. Itaque quum Judas hoc Petri vaticinium repeatat & interpretetur, judicavimus hanc eandem esse Petri mentem, qui verbis ἀγωστα-
τα αὐτος exprimere voluerit, quid hæretici illi impii circa Christum negent, Dominum np. *Emtorem* ipsorum *esse*, h. e. esse Dominum talem, qui eos emerit, vel *Dominum eos emisse* s. *QUOD Dominus eos emerit*, qui sensus cum Apostoli scopo, totoque contextu ita convenit, ut plane requiri videatur; videndum tantum, num phrasis Græca Petri eum ferat, adeoque participium illud ἀγωστατα, quasi loco infinitivi possum, vertendum per *emisse*, & resolvendum, per *quod emerit*. Sic autem commode intelligi posse, adeo manifestum est, ut genius linguae hunc sensum postulare videatur: Participium enim etiam apud Hebræos ponи pro infinitivo, observavit Flac. Illyr. Clav. S. S. p. II. tract. III. de partic. n. 6. ubi exemplum producit Psalm. CXXVII. 2. שׁוֹר לְכָה מִשְׁכָנָה, quam sive cum ipso: vanum est vobis surgentibus, s. vobis prævertentibus surgere, vertamus, per *quod* resolvenda sunt: Apud Græcos vero participium pro infinitivo ponи Glaff. philol. sacr. I. 3. tr. IV. can VII. docet, atque exempla profert Mat. XI. 1. Eph. I 16. Col. I. 9. & ex Chrysost. quibus alia can. XII. adjicit, atque can. VII. §. 3, participia loco infinitivorum

F 2

apud

apud Gracos usurpari, si addantur *verbis videndis, audiendis, notitiae, memorie, existimandi, cognoscendi, ostendendi, convincendi, perseverandi, &c.* ex Syntaxi Rhenii Reg. 171. docet. Quem usum participii loco infinitivi præter verba cognitionis, perseverandi, desistendi, ad alia quoque *animi affectionem* significantia extendit Gualther. comp Gram. l. 2. c. 6. de Synt. partic. observat. 3. ut in illo αἰδονομαί αμαρταγων σentio me errare, & δεῖξα πεποιηκώς, ostendam me fecisse. Atque Henr. Opitius in *Gracism.* append. I. sect. II. §. 35. ad idiotismos Gracos refert, quod loco infinitivi assument *participium*, verba *perseverandi &c. notitiae & memoriae*, aliasque *affectiones animi significantia*, atque inter multa exempla & hoc producit: Οὐανετα τέτο πεποιηκώς apparebat hoc fecisse. Possedit autem in Syntaxi Graeca de Partic. Reg. V. dicit: Sæpe *participia pro verbis ponuntur, & resolvvi debent per QUOD,* quæ observatio cum superius prolatis convenit, si quidem & infinitivi per partie. *quod resolvuntur:* Itaque ejusmodi *participium* loco *infinitivi*, per *quod resolvendum*, positum non nude & in thesi describit objectum, sed indicat id, quod quis de eo sentiat. Quam quum αὐθεντειον *animi affectionum* significet, *participium αὐθαντικά αυτος* loco *infinitivi*, per partic. *quod resolvendi*, positum, hunc in sensum transferendum est, negantes *Dominum emisse eos*, h. e. *quod emerit eos*: adeoque τὸ αὐθαντικά non est nuda descriptio objecti personalis, sed objectum materiale exprimit, id nempe quod illi negant, *Dominum eos emisse*; Ipse etiam vocum ordo & συνταξις hunc indicare sensum videtur, quando enim ita construuntur,

TOP

τον αγορασαντα δεσμωτην, utique cogitari potest, ideo præmitti αγορασαντα, quoniam hoc præcipue erat, quod illi Domino denegabant. Neque ille usus participi pro infinitivo, per quod resolvendo, solcēsis mus est, sed constructio optimis apud Græcos authōribus usitatissima, quam in multis probatissimis paſſim observatam, V. D. inter Græca lingua elegantias refert. Ut adeo juxta lingua genium verba sensum, quem diximus, ferant, quum locus hic ομοψήφος sit exemplis, quæ ad illustrandas & confirmandas de hac syntaxi regulas proferri solent, & sub iisdem aperie comprehendatur, adeoque verti debeat, emisse eos Dominum, h. e. Redentorem eorum esse negantes.

§. XXVIII. Hanc vero Petri mentem esse, praxi vita, eumque dicere voluisse, quod ψευδοδιδασκαλοι illi negaturi Dominum eos emisse, h. e. Redentorem esse, ex totius hujus capitii, quo plenius describuntur, contextu facile intelligimus, s. enim vita scelera & fœditates, s. in doctrina errores spectemus, evidens est, Petrum nobis tales depingere, qui & prætice & theoretrice Dominum ipsos emisse, adeoque Redentorem esse negent. Quod si enim illi Deum, quem se scire profitentur, factis negare dicantur, qui sunt βέλυκλοι και ἀπειδεις Tit. I. 16. Hi sane opere ipso negant Dominum, & ab ipso se redemptos non esse ad salutem, evidenter ostendunt, qui hæreses exitiales introducunt ꝑſ. 1. carnem sequentes, in impura cupiditate incedunt, & dominatum despiciunt, audaceſ & ſibi placenteſ, non horrent dignitateſ convitiis inceſſere. ꝑſ. 10. veluti animantia rationis expertia, pro volutate ducunt quotidianaſ delicias, labes & maculae

¶. 12, 13. oculos habentes plenos adulterii, & a peccato cessare nesciunt, cor habentes ad avaritiam exercitatum, execranti homines ¶. 14. quique servi corruptionis ¶. 15. Hac siquidem manifesta sunt opera carnis Gal. V. 15-21. & peccati quam maxime dominantis indicia, adeoque qui catenis hisce caliginis vincit manent, se pretioso sanguine Christi a vana conversatione redemptos esse 1. Petr. I. 19. ipso facto negant; cumprimis tales, qui produnt, caliginem tenebrarum ipsis in eternum esse servatam ¶. 17. quibus damnatio jam olim non otiatur, &, quorum exitium non dormitat ¶. 3. quosque Judas dicit prius jam olim descriptos ad hanc damnationem ¶. 4, iisque vaenam denuntiat ¶. 11. & judicium ¶. 15.

*Et doctrinæ
negant D. re-
demisse.*

§. XXIX. Non tamen putamus P. tantum ad vitæ impuritatem & carnis opera, quibus se a Domino emtos non esse produnt, respicere, utpote quod omnibus impiis & infidelibus commune, evidens enim est heic peculiarem characterem falsorum doctorum indicari, qui ex fructibus, non modo vitæ flagitosæ, sed & doctrinæ pestilentissimæ dignosci debebant Matth. VII. 16. Comparat enim hosce A. cum Φειδωτροφραγισ, qui fuerant in populo Israel ¶. 1. qui non tam vitæ impuritate, quam falsa doctrina a vero Deo, ejusque cultu, & promissione Patribus facta, seducere studebant. Vocat eos Φειδοδιάσκηλας, adeoque notat tales, qui doctores se professi, falsam doctrinam spargendo peccant. Dicit eos subintroducere heresies exitiales: Quamvis vero augustinus a separatione dicta, quamlibet sectam Act. XXVI. 5. denotet, ut & ipsa Ecclesia a dissentientibus talis haberi

beri queat Act. XXIV. 5, 14. quoties tamen a veritatis doctoribus alii *hæreses* accusantur, non potest non deteriori sensu accipi i Cor. XI. 19. Gal. V. 20. Tit. III. 10. ut intelligantur errores in doctrina exitiales, qui a communione Christi & Ecclesiae separant: itaque quando Petrus loquitur de iis, qui exitiales hæreses introducunt, *doctrinam* potissimum *falsorum doctorum* respicit, ideo, quia fundatum salutis destruit, exitiale. Neque hæresin alter *subintroduci*, potest intelligi, quam per *doctrinam* falsam: Quod vero Petr. in hoc vaticinio *dogmata* perniciosa notare etiam voluerit, satis ostendit, quando dicit, viam *veritatis* per eos blasphemari ¶ 2. eosque *fictis sermonibus* alios negotiari ¶ 3. & quæ *ignorant* vituperare ¶ 12. & *relieta via recta* aberrare ¶ 15. atque prætumidam vanitatem loquendo infarcire ¶ 14. 15. Itaque quando Petr. falsos doctores, hæreses exitiales subintroducentes hoc charactere insignit, καὶ τὸν αὐτοῦ σταύρον αὐτῷ δεσπότην αργεμενον, nihil proclivius est, quam intelligere, Apostolum hanc summam, & caput hæreticorum dogmatum indicare voluisse. quod maximum *Redemptionis* a Domino factæ beneficium *negare* audeant; Evidens hoc nobis videtur ex ipsa verborum syntaxis, quando enim dicit Apostolus, hæreses exitiales introducunt αργεμενον, hoc participio modum & rationem, quin & principale dogma introducendæ hæreses describere voluit, eos scil. hæresin introducere *negantes*, hoc est, dum negant *Redemptorem* dominum. Atque hoc ipsum, hæresin illam consistere potissimum in abnegatione *Redemptionis*, vel eousque procedere, ut *Redemtio-*

opis

onis beneficium etiam abnegetur , ex ys. 18, 20, 21. colligere licet ; quos enim dixerat effugisse eos , qui in errore versantur , hoc est , illos falsos doctores , eorumque hæreses , eosdem ys. 20. dicit inquinamenta mundi effugisse , per agnitionem domini & Servatoris Iesu Christi , & cognovisse viam iustitiae , qua scil. coram Deo justificamur , sanctam videlicet hanc doctrinam ipsis traditam . Itaque agnitus Domini & Servatoris J. C. est professio doctrinæ de Redemptione per Christum facta , tanquam causa iustitiae nostræ & salutis . Hanc opponit Petri iis , qui in errore versantur , adeoque eorum erroribus , utpote per quam alii se se separando eosdem effugerint , & a qua per falsos istos doctores inescati , & inquinamentis rursus implicati , tq. a doctrina tradita regrediantur ; adeoque sic ostendit , capitales errores hujus hærecoꝝ eo tendere , ut Redemptio per Christum facta abnegetur , quod verbis istis τὸν αὐτοσαυτὰ δεσποτην αρχεμενοι , dixerat.

etiam ipsor. §. XXX. Neque obstat , quo minus de doctrina veritati Redemptionis opposita , intelligi verba illa possint , quia dicitur eos abnegare τὸν αὐτοσαυτὰ ΑΥΤΟΥΣ , quasi vel ideo assertive accipienda , quia eos emit , vel saltem de abnegatione tantum practica , qua produnt se non esse redemptos . Quamvis enim doctrina non cum speciali applicatione tali , sed in thesi proponi solet , hoc tamen in loco sensus eodem reddit , siquid . qui redemptio doctrinam negant , se ipsoꝝ redemptos esse simul negant ; quin imo , ideo negant Dominum esse Redemptorem hominum , quia se ipsoꝝ redemptos inficiantur . Ut enim nemo , qui te redemptum sentit , Redemptorem negare poterit , ita vicissim

vicissim, qui se redemptum esse non credit, vel redemptione se indigere non arbitratur, is redemptionem per Christum factam abnegat. Quod autem Petrus capitalem hunc errorem, quo *Redemptio* in thesi negatur, ita relative exprimat, eos se *emtos* esse negare, majorem emphasis habere videtur, tum ut erroris pernicioſiſſimi origo detegatur, quod scil. per pravam philautiam ex miseria ſuę diſſimulatione, per verlo de iuſtitia Dei conceptu, & de viribus propriis præſumptione, nulla ſibi tali *Redemptione* opus eſſe arbitrentur; tum vero, ut erroris iſtius atrocitas agnoscatur, ſiquidem *Redemptionem* in theſi negantes, eo ipſo ſe ipſos *emtos* eſſe abnegant; quod, licet emtio ex Testamento divino ad ſalutem, vere fit particularis, tamen grande nefas eſt; quum enim decretum Dei non fit actionum noſtrarum regula, nec Deus nobis Testamentum ſuum ita pandat, ut nomina, que in coeliſcripta oſtendat, neque a priori ſciamus, qui nam haſredes ſint scripti, contra vero Deus per Evangelium nobis Redemptorem & *Redemptionis* beneficium generalius annuntiet, fidemque omnibus id audientibus præcipiat; vehementer ſane peccant, qui ex opinione, quaſi ipſi redēptione tali opus non habeant, *redēptionis* beneficium abnegant, tantamque ſalutem negligunt.

§. XXXI. Accedit, quod non ſimpliciter dicantur negare αγορασάντα, ſed τον αγοραſάντα ΔΕΣΠΟΤΗΝ: *Dominum* negant, dum ſcil. *Dominium* ejus non agnoscunt, ſed impugnant. Quum enim *Dominii* hujus cauſa *Emitio* ſit, utique qui hoc beneficium negat, vel de eo non recte ſentit, *Dominium* etiam ejus

G

*Et virtute
redemptionis
Dominum.*

ejus impetrare certum est; quemadmodum vicissim qui *Dominium* illud vel inficiatur, vel male concipit, se de *redemptione* non recte sentire prodit; Itaque qui *alium* præter Christum in salutis causa *Dominum* agnoscunt, vel qui ipsi fidei *dominari* volunt, & ita reapse J. C. μονον δεσποτην Jud. ys. 4. negant, de ejus *redemptione* & *satisfactione* recte sentire non possunt; ut errores hi copulati sint, licet principale dogma in formaliter differre queat, ut alii primario *Redemptionem*, alii *Dominium* impugnant. Utrique sunt αγοραστα τα αυτα δεσποτην αρχαμενοι, videri tamen posset A. illos notare potissimum, qui *Dominium*, quod J. C. ex *redemptione soli* competit, evertunt, quod non una ratione fieri posse intelligimus.

*quibus modis
negent.*

§. XXXII. Abnegañt enim Christum *Dominum* & *Redemptorem*, non modo, qui disertis verbis nullam vel a Deo ad peccatoris salutem requiri, vel a Filio Dei præstam esse, *redemptionem* docent, sed & qui *talem* concipiunt, qua nullum certum effectum habeat, vel saltem ablique fructu salutari esse queat; imo qui talia de hominis statu misero, de Salvatoris naturis, persona, officiis, mortis ejus fructibus & beneficiis, de consequendi salutem mediis, & modo adducendi hæredes ejus docent, qua cum principali dogmate de J. C. unico & perfectissimo Salvatore, non cohærent, sed illud quounque modo labefactant, dum quamcunque alias salutis s. quoad *impetrationem* s. quoad *applicacionem*, causam fingunt, atque vel sibi ipsis, propriisque viribus, vel aliis creaturis tribuunt. Hi omnes, quo propius vel remotius fundamentum istud salutis velli-

vellicant, eo magis vel minus, directe vel indirecte, in totum, vel ex parte Redemptorem Dominum negant. Non tamen putamus, adeo generaliter verba A. accipienda, quasi nullam certam sectam indicare voluerit, ita enim in seqq. eos describit, ut pateat, certam falsorum doctorum familiam notari, & quidem eorum, qui ex ambitione, avaritia & voluptate Christum *solum* Dominum Jud. ¶ 4. & Redemptorem ideo negant, quia καταχιρευούσες τῶν κληρον. I. Pet. V. 3. Ecclesiam in Regnum mundanum convertentes, suprematum & dominatum cum Magistratus civilis contemnunt, sibi tribuunt; Tales enim sunt καριστηθεῖσαι, τολμηται, αὐθαδεις, δοξας καὶ τρεματοῦσαι φημινεῖσαι, ¶ 10. qui viam Balaam οὐ λύει, seculi ¶ 15. quorum Νικολαίται, dominatum in populum querentium, opera odio habet Dominus Apoc. II. 6. eosque, qui doctrinam Balaam tenent, graviter objurgat ¶ 14. Eosdem & Judas hoc præcipue charactere depingit, quod dominatum rejiciant, & dignitates convitiis incessant ¶ 8. & quod viam Cain ingressi, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sint, & contradictione Core perierint ¶ 11. Θαυμαζόντες πρωτωπάτα, αφελειας χαριν ¶ 16. unde aperte constat, quinam sint τοις αγορασταῖς αὐτοῖς δεστότην αρνουμενοι, scil. qui Dominatum in Ecclesia querentes, doctrinam de Redemptione, & hinc acquisito J. C. dominio, fœdissime corrumpunt.

§. XXXIII. Hæresin itaque dicit A. imo αἱρε- για αἱρεσία στεις απωλειας, quas subintroducunt ψευδοδιδασκαλοι τοις απωλειας. αγορασταῖς αὐτοῖς δεσπότην abnegando. Est equidem omnis hæresis, tanq. error pertinax fundamentum

salutis labefactans aut evertens, perniciosa minimum illis, qui eam cum veritatis abnegatione sectantur. Quo tamen quæque proprius fundamentum salutis tangit, quo magis directe, quo plures articulos capitales destruit, quo latius se diffundit, quo plures corruptit, quo facilius se insinuat, aut majori vel astutia, vel vi propagatur, eo perniciosior est. Est itaque *Dominum Redemptorem abnegantium* maxime perniciosa, s. ipsum spectemus errorem, s. propagandi modum, & perniciem Ecclesiæ inferendam: Quia enim illa per sanguinem Christi facta *redemption* unica salutis peccatoris causa est 1. Joh. I. 7. 1. Tim. I. 15. Col. I. 14. seqq. Rom. III. 25. Gal. III. 13. & IV. 5. & totius Evangelii Summa 2. Cor. V. 15 21. Rom. I. 16. 17. ut *enim agnum sequantur* Apoc. XIV. 3. 4. & *le redemptos confiteantur* Apoc. V. 9. atque J. C. *eum*, cui *έγειρα* salvandi suos a Patre data, *agnoscere*, est vita æterna Joh. XVII. 2. 3. Utique qui Redemptorem negant, sub ira Dei, & peccati reatu manent, conf. Joh. III. 16. 17. 18. Et quoniam per Redemtionem *Dominus Rom. XIV. Act. II.* & *Caput corporis* sui, Ecclesiæ factus est Col. I. 18. quæ complementum ejus, qui omnia in omnibus implet Eph. I. 20-23. adeoque ex quo totum corpus congruenter coagmentatum Eph. IV. 16. ut singula membra ab ipso nutritantur & regantur, quique tanquam Apostolus nostra confessionis, & Pontifex, unice nobis considerandus Hebr. IV. 1. quoniam ad dextram throni Majestatis collocatus, ipse των αγιων λειτουργος est. Hebr. VIII. 2. & hinc unicus dominus 1 Cor. VIII. Utique hoc ipsi Redemptori denegare *dominium*, per-

nicio-

niciofissima hæresis est; quemadmodum enim nefandam committit *idolatriam*, qui alii hunc honorem tribuit, seque prelio emtum negat, dum servus vult esse hominum *i Cor. VII.23.* ita horrendi *sacrilegii* reus fit, qui tales dominatum affectat; quare quum dominus vindex sit gloriae suæ, certe *multiplicabuntur dolores eorum*, qui alium dotarunt *Pi. XVI. 4.* nam sibi Regnoque ejus adverantes potestates, ut *vas fægilinum affipabit*, qualia judicia etiam Petrus hoc loco iis denunciat. Verum etiam ideo *exitiales* sunt, quia multi sequuntur eorum exitia *yl. 2.* quos per avaritiam fictis sermonibus negotiantur *yl. 3.* & prætumidam vanitatem loquendo, per carnis cupiditates lascivas inescant *yl. 13 - 14.* alios vero tyrannide opprimunt, viam *Caini ingressi* *Jud. yl. 11.* utrumque non modo certissimo suo exitio, sed & Ecclesiæ danno: de *hærefibus* autem tanq. pluribus loquitur P. quas introducant τον αγορασαντα δεσποτην αρχμενον, tum quia ἀρωτον illud φυιδος fecunda gravissimorum errorum mater est, qui circa fidem, cultum, ipsumque Ecclesiæ naturam & regimen, tanquam principali illi hypothesi inservientes, finguntur; tum quia diversæ & in multis articulis dissona sententiae in externa communione sociantur, vel tolerantur, modo ad istam communem hypothesin & scopum conspirent, ut ita magnum illud falsorum doctorum corpus ex variis hærefibus consarcinatum sit. Porro *introduce-re* eas dicuntur, scilicet quas ut novas fingunt, scilicet olim excitatas, & diu serpentes, tanquam scopo primario inservientes adoptant, atque ex iis ingens quoddam chaos conflant. Denique *subintroducere* intelliguntur,

tur, qui, quasi aliud agentes subdole sparsos, sensimque crescentes errores ad *axpuy* perducunt, ut zizania, hominibus dormientibus, inter triticum seminata, germinante demum herba, & fructum faciente, non sine piorum admiratione, appareant. Matth. XIII. 25, 26.

Inter eos

§. XXXIV. Tales enim notat Petrus falsos doctores, qui in externa communione Ecclesiae sunt & manent, d.d. *ev vpuv*. Satanas Regnum Veritatis & pietatis, quod Christi est, quoecunque modo oppugnat, eique nocere studet. Excitat enim *alios*, qui aperto Marte illud aggreduntur, hostesque palam se profitentur, quales Judaei & Gentes, & quotquot nomen Christi vel execrantur vel ignorant. *Alios*, qui nomen Christo dederant, ab eo seducere studet, & apostatas factos, tanquam trans fugas, suo iterum adscribit exercitui; *Alios* vicissim per stragemata, de sua militia hostes personatos & exploratores mittit, qui Christum mentientes, in Ecclesiae externæ communione Regnum adversariumerigunt: Ut vero *isti* nunq*;* in fidelium societate fuere, *Illi* autem ea exclusi, sic de *His* solis dicere potuit Petrus *ev vpuv*, qui hæreses ita introducunt, ut in Ecclesia manent, eamque sua hæreti inficiant & corrumpant: non equidem, quasi ex fidelium numero & ordine sint ejusmodi doctores falsi; sed quia in eorundem externa communione versantur, ejusque membra se profitentur, quin & cathedras & sedes doctorum & gubernatorum occupant, adeoque in Templo Dei sedent 2 Thess. II. Pseudoprophetæ, ovium pellibus tecli Matth. VII. dicentes, *hic, aut ibi est Christus* Matth.

Matth. XXIV. Hos tales innuere Apost. evidens est, d. d. ev ιην ψευδοδιδασκαλοι, qui licet falsi, tamen διδασκαλοι, & soli quidem, vel potissimum μετα των φαντασιας, & cum autoritate haberi velint, & primas teneant in sacris coetibus & conviviis ψ. 13. Jud. ψ. 12. idque ideo; quia, postquam multi eorum exitia fecuti, ψ. 2. & fraudibus seducti, ψ. 13. maxima Ecclesiae externae pars corrupta, ut cum primo Mardonio, atque Sodoma comparetur ψ. 5. 6. paucis, qui rectius tentiunt, sub ista haeresium colluvie latentibus, & gementibus; Hoc modo haeresin Christum Dominum abnegantium, sibique dominatum vindicantium, in ipsam Ecclesiam subintroduci, discimus etiam ex Apocalypsi, scilicet, ut Ecclesia, quæ primum facta Nicolaitarum oderat c. II. 6. deinde habeat, quæ doctrinam eorum teneant ψ. 15. porro mulierem Jesabel docere & seducere permittat ψ. 20. ut denique pauca tantum nomina supersint, quæ vestimenta sua non inquinaverint Apoc. III. 4.

¶. XXXV. Vaticinatus autem de his P. dicit, εποντας, adeoque loquitur de futuris, post fata ipsius, Ecclesiae statibus, quas ejusmodi fallorum Doctorum feraces fore prædictit. *Judas* equidem ψ. 4. monet tales homines jam subrepisse, quasi quod Petrus futurum prædixerat, fieri jam incepert: quod *Judas* assere potuit, vel, quia post Petrum scriptis, quando jam fieri poterat, quod Petrus futurum nuntiaverat; vel, quod *Judas* de primis istarum haeresium seminibus ac rudimentis loquatur, iisque dolis, per quos via qd parabatur: quod innuit voce παρεπεδουσι, latenter & quasi aliud agendo, furtim intrarunt.

Hos futuros vaticinatur.

trarunt: Petrus a. de pleniori earum manifestatione, quando jam caput erigunt, & sectas præter veritatis viam introducunt & cogunt, quod atque sequori demum, qua apertius mysterium iniquitatis se proderet, futurum erat. Agere enim Petrum de falsis doctoribus & hæreticis non sui temporis, aut talibus, qui cum suis mox disparuerunt Autoribus, aut statim detecti, ab Ecclesiæ externæ communione seclusi; sed de falsorum doctorum magna quadam colluvie, tanq. ingenti quodam corpore mystico, futuro tempore aliquando Ecclesiam externam sensim occupante & opprimente, & dominatum ubique exercente, quin & eos, qui aufugerant, reducente, sibi que de novo subjiciente, adeoque de longa ejus duratione & successione, id ex contextu evidens est. Nam (1) scribit A. hac Epistola, quorum fideles mentionem facere poterant post exitum ipsius cap. I. 15. (2) S. Scripturam tanq. unicam & certissimam normam ideo commendat, quia futuri tales falsi doctores, quo indicat, non modo istos falsos doctores cum S. S. contemtu, humanam autoritatem introducturos, sed & post Apostolorum fatigata se prodituros, (3) eos comparat cum Pseudoprophetis veteris economia, qui stabilita jam in Terra Canaan Judæorum politia, potissimum exorti, ad Deos alienos populum seducere contendebant. (4) neque unum vel alterum hæresiarcham, ejusve personam singularem, sed per longam successionem & extensionem, universalem quasi corruptionem indicari, & seculorum, seculorumque multitudo, & *αωνιας* mentio, & cum Cainitis atque Sodomæis comparatio, aperte docent.

(5) Pe-

(5) Peculiare autem eorum dogma, & omnium errorum αρχη, dominii J. C. abnegatio, atque dignitatum supremarum contemptus, & dominatus summi affectatio, alia requirebant tempora, donec ο' κατεχων e medio tolleretur 2. Thess. II. 7. (6) ex tota descriptio-
ne appareat, istas hæreses, earumque propagationes,
& per easdem metuendas corruptiones, non esse uni-
us, aut brevioris temporis; sīq. (7) Ap. earundem dura-
tionem ad ultima tempora, de quibus cap. III. deducere
videtur. Quin & Judas, quando de his Domi-
num abnegantibus agens, jubet nos memores esse
verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolo, tang. de
extremis temporibus, non modo hoc Petri vatici-
nium eo referendum, sed & cum aliis Pauli 1. Tim.
IV. 1. 2. Tim. III. 1. & IV. 3. 2. Thess. II. 3. ejusdem
esse argumenti docet

§. XXXVI. Quod si nunc vaticinii hujus im- *Quinam res
tentur.*
plementum quaramus, facile erit cognoscere, quos A-
venturos prædixerit. Sunt equidem Interpretes, qui
arbitrariuntur, indefinite de omnibus omnium tempo-
rum hæreticis h. l. intelligendum esse, qui s. direcēt
indirecte Christum Redemptorem abnegant. Alii *Simo-*
nem Magum cum discipulis, & *Cerinthum*: Alii *Gno-*
sticos, qui circa illa tempora exorti sunt: Alii *Carpo-*
cratem ejusque socios, indicari putant. Alii alia huc
referunt monstrosa nomina hæreticorum, qui ex Ju-
daismi & Platonismi mixtura Evangelium foedissime
corruperunt. Nec diffitemur, multa in hæresiologiis
veterum de *Simone*, communi fere hæreticorum Patri-
archa, aliisque occurrere, quæ Petrinæ huic descrip-
tiōni non absimilia. Quod si enim *Simon*, qui magicis

præstigiis adeo omnium oculos in se converterat, ut dicerent, ετοι εστιν ο δυναμις θεος μεγαλος Act. VIII. 10. quiq[ue] baptizatus, ad vomitum rediit, & potestatem dona Sp. S. conferendi, ne quid ad ostentationem & quæstum deesset, ambivit ¶l. 13. ea docuit, quæ Iren. adv. Hæres. l. I. c. 20. refert, facile ei, & sectatoribus applicari potest, quod Pet. hoc loco de sectis pernicio-
fis asserit, videl. quod *Dominum Redenitorem abne-
gent*, vitamque impuram & flagitiosam vivant. Di-
citur enim docuisse, semetipsum esse, qui inter Judæos tanq[ue]. *Filius* apparuerit, in Samaria q[uod] Pater, & in re-
liquis gentibus tq[ue]. *Spiritus S.* descendenter: quiq[ue] ve-
nerit, ut hominibus salutem præstaret per *sui agnitionem*: eos vero, qui in ipsum spem habeant, licentiam
consequi, agendi quicquid libeat; homines enim per
gratiam iphius salvati, non per operas iustas, quum
nulla opera in se justa sint, sed tantum ex Angelorum,
homines in servitudinem redigentium, dispositione, a
qua ipse eos liberet. conf. *Origin.* l. 6. contra *Cels.* *Euseb.* H.E. l. 2. c. 13. *Auguſt.* de Hæres. c. 1. &c. *Cerinthius* etiam s. λογος Deum esse negando, s. Christum a
Jesu separando, de quo *Iren.* l. I. c. 25. adeo inter hos
Dominum abnegantes censetur, ut *Johannes Evangelium* aduersus eum scripsisse putetur. vid. *Iren* l. 3.
c. 2. & *Hieron. de Script. Eccles.* c. 9. Cui atate sequenti
Alogi, *Theodot.* *Coriar.* *Theodor.* *Trapezita*, *Artemon*,
alique accesserunt. Christum apertius ψιλος ανθρωπος
calumniantes, quæ etiam Sec. III. *Pauli Samonetani* &
Sec. IV. *Photini* hæresis fuit: Hos abnegati Domini
criminis reos agnovere orthodoxi, nam *Epiph.* contr.
Hæres. l. 2. Tom. 2. hær. LXV. eos tq[ue]. secundos *Judeos*.

λογος.

λογον, ejusque substantiam tollendo, Judaismum detegere arbitratur, ut etiam ipsi Dominicidæ pronuntientur, & abnegatores Dei, ac Domini nostri salutis. Quod etiam Photino l. 3. T. 1. hæref. LXXI. exprobat; Unde Tibi hæc pravitas, ut in animum induxeris, blasphemam opinionem contra DOMINUM tuum. Portenta Manichæorum recensere prolixum esset, audiamus tamen Epiphanius, qui l. 2. T. 1. hæref LXVI. in Catalogo dogmatum Manich. postquam ex S.S. probaverat, sanguinis Christi pretio nos emtos esse, concludit, non es de emitorum numero o Manes, quia sanguinem negas. & porro addit: Sed neque quomodo emit, neque quomodo emit simus, neque quomodo maledictio pro nobis factus est, novit ille, per omnia insaniens: Doctrina vero etiam Pelagianorum Dominum Redemptorem abnegari, evidens est, siquidem ex iisdem principiis hodie Sociniani hoc Redemtionis beneficium plane tollunt.

¶ XXXVII. Per hos itaque, aliosque per omnem Ecclesiæ atatem plures, qui s. directe s. indirec-
te Christum Dominum, & Redemtionis beneficium negare, aut evertere ausi sunt, huic vaticinio sua constaret veritas, si ea amplitudine illud conciperemus, ut omnes, quoctunque modo hujus criminis reos, indefinite complectetur. Ut vero totus hujus profetiæ contextus satis ostendit, de certa quadam familia secta horum doctorum, per quos tanta strages Ecclesiæ inferenda, Apostolum loqui, ita ex characteribus, quibus eosdem insignivit, judicandum erit, quosnam præcipue vivis quasi coloribus depingere voluerit, ut agnoscí facile possent: Eiusmodi characteres per to-

Ex characteribus judicandum.

tum hoc caput, imo per totam hanc, quam Ecclesia aduersus falsos hos Doctores & Illusores præmunienda causa, A. scripsit, Epistolam, ubique sunt consipi cui, ut velex iis, quæ de loci hujus nostri sensu differimus, observari facile queant, adeoq; prælixiori demonstratione haud opus fit. Repetemus tamen præcipuos, & conjunctim, sed breviter, indicabimus, quo uno qd. obtutu conspici possint. *Primus*, quo ab aliis hereticis discernuntur, character est, quod hi falsi doctores non extrinsecus Ecclesiam impugnaturi, neque vel ex ea egressuri, vel ab ea excludendi, uti aliis supra memoratis contigit; sed in Ecclesia externa nascuntur, atque in communione ejus mansuri, qm in eo ejus Doctores futuri, qui doctrina & moribus eandem corrumpant, & quoad majorem partem hereticam faciant: dicit enim P. ev. υμιν προφηται, tang. qui externam communionem servent; & q. non qui lateant, sed in publicis constituti functionibus, Doctorum cathedras occupent, εν ιψιν διδασκαλοι; Atque ita hereses non per separationem cœtuum constituant, sed introducant; quique hinc cum Ψευδοπροφητais quales olim erant in populo, comparandi. Siquidem, qui secundus character notari poterit, tales indicantur, qui sibi tribuunt singularem, & summam in docendo auctoritatem, quasi ipsis peculiari infallibilitati dono instrutis, absque ullo, juxta S. S. examine, credendum fit: comparat enim eos P. cum Ψευδοπροφητais, qui a vero Deo seducentes, immediatam tamen missionem divinam, seque per Spiritum, & nomine Dei loqui, proterve mentiebantur Deut. XIIII, 18. Et quoniam ideo P. cap. I. Scripturam S. commendaverat, ceu unicam fidem

fidei, & cultus divini normam, eamque non esse *idias etiavse*, monuerat, quia futuri erant falsi Doctores, satis indicat, tales se intelligere, qui neglecta S. S. auctoritatem sibi tribuant apostolicam, & *idias S. S. etiavse*. *Tertius* character est, universalisin principiis *doctrinae Religionis Christianae* capitibus corruptio, eo tendens, ut aliud *Nomen* commendetur, & alia ad salutem via prescribatur, qua homines a Christo, ceu unica & perfectissima salutis causa abducantur: per eos enim, inquit A. *via veritatis blasphemabitur* ¶ 2. qui *religia via recta aberrarunt* ¶ 15. quo facit cum *Angelis defectoribus* comparatio, s. spectemus eorumdem a Deo defectionem, s. peccatum, quod in tentatione, & seductione Protoplastorum commiserunt, clum fructus vetiti, tanq. medium consequenda salutis, iis persuadendo, atque ita a Deo ad creaturas, tanq. beatæ felicitatis, ex virtute quadam earum physica, & opere operato, causas seducendo, quæ antiquissima, a Satana commendata, est superstitione. Eadem erat pristini mundi, qui tanq. exemplum horum doctorum ¶ 5. proponitur, hæresis, a *Caino*, in sua absque fide facta oblatione justitiam querente orta, & inter posteros servata, & ita invalescens, ut cum *hicce etiam multi ex Sethiis*, eadem infecti, *Noachum præconem justitiae rejecerint*. *Quartus* character tales depingit, qui ex ambitione & avaritia Suprematum & Dominatum in Ecclesia & mundo querunt, ¶ 3. 10. 15. Hoc enim est *Dominum*, qui nobis unicus est, 1. Cor. VIII. 6. Matth. XXIII. 8, 9, 10. abnegare Jud. ¶ 4. quod dum P. & J. quasi πειρων θεος falsorum Doctorum notant, tales utique describunt, quorum hic

in doctrina, in cultu, in Reginime Ecclesiae, & ubique primarius scopus est, ut sibi dominatum vindicent, aliosque in servitatem redigant, adeoque quorum hæc primaria hæresis est *abnegare Dominum*, tum quat. ipsi fidei dominantur, ος κατακυριεύοντες των κληρων 1. Petr. V. 3, tum quat. alii peregrino & tyranno- nico eorundem dominatui se subjiciunt, θαυμαζόντες προσωπα φελειας χαρη Jud. ᾧ. 16. Hinc *quintus* character est, quod *Dominum se emisse* negent, atque satisfactionis J. C. pretium vel tollant, vel minuant, quando alias satisfactiones præter illam requirunt, vel aliud præter unicum Christi sacrificium fin- gunt, aut justitiam ex operibus, eorumque merito constituunt. *Sextus* etiam character notabilis est, affectatum scil. in supremos Magistratus, cum summa, in Regna Mundi potestate dominium, in Potestatum secularium contemnum & ignominiam, dum κυριοτητα αὐτεψοι, & δόξας βλασφημούσοι Jud. ᾧ. 8. κυριοτητας καταφρονεύστε, τολμηται, ανθάδεις, δόξας & τρε ματοι βλασφημημένε 2. Petr. II. 10. *Septimus* character eos prodit, qui per avaritiam homines negotiantur ᾧ. 3. non modo ut dominatum latius extendant, sed & divitias augeant, iniquissimis modis omnibus suos emungendo, cor habentes ad avaritiam exercitatum ᾧ. 14. quare & cum *Bileamo* conseruntur, qui mercedem injustitiam amavit ᾧ. 16. Unde, qui οὐδενί aucta character, sedissimus honorum Ecclesiae ad libidinem & quamvis intemperantiam abusus, ηδονην πρύμνειοι την εν ημερᾳ τριφην, στιλοι και μωμοι. ᾧ. 13. & ut dicit Jud. ᾧ. 12. *Hi sunt macularum instar in agapis vestrīs,* dum vobiscum convivantur, *absque ullius metu seipso*

pascen-

pascentes. Quin etiam, qui nonus erit character, occulos habentes plenos adulterii, a peccando cessare nescii 2. Petr. II. 14. carnis cupiditatibus lascivis dediti ysl. 17. in cupiditatibus suis incidentes Jud. ysl. 16. Ratione doctrinæ autem, & quoad docendi modum, hoc decimo charactere insigniuntur, quod sermonibus πλασιοις alios negotiantur ysl. 3. prætunidam vanitatem sonantes ysl. 18. fontes s. nubes aqua carentes ysl. 17. & Jud. yl. 12. vituperantes ea, quæ ignorant h. l. ysl. 12. Jud. ysl. 10. Veritatis ignari & calumniatores. Undecimum characterem indicat Petrus, quando eos cum primo Mundo, in quo tamen erat Noach, & cum Sodomæis, inter quos Lothus habitans, animam justam iniquis illorum factis, & videndo & audiendo excruciat, ysl. 5 - 9. comparat, inde enim intelligimus, eos notari, per quos totus Ecclesiæ externæ status in doctrina, cultu & regimine, ubique adeo corruptus, ut pauci fideles, in externa communione superstites lateant, quicum dolore & suspiriis, illorum nequitiam & tyramnidem experiantur, donec potenti Dei manu eripiantur. Atque hinc duodecimus character conspicuus, quod scil. uti Noach ex diluvio servatus, & Lothus excidio eruptus, ita iustitiae præcones, & quotquot pii, sub ista colluvie afflicti fuerant, ab ista Civitate separandi sint, & e tentatione eripiendi ysl. 9. aliis etiam inquinamenta Mundi per agnitionem Domini & Servatoris J. C. effugientibus ysl. 20. Verum, qui decimus tertius character est, fore tamen, ut, qui effugerant eos, qui in errore versantur ysl. 18. & ab iis per veritatis professionem separati fuerant, a sancta doctrina regrediantur, quoniam falsi illi

illi Doctores, prætumidam Vanitatem loquendo, per carnis cupiditates lascivas, libertatem pollicendo, eos inescant, ut inquinamentis rursus implicati superentur, quorum ultima, prioribus deteriora siant *yl. 18, 19, 20.* Notatu etiam dignissimum censemus characterem, quem *decimum quartum* observamus, horrendum eorum exitum, per singulare prorsus, & manifestissimum Dei *Judicium*, quod A. uterque tanq. certissimum exitum commemorat, & cum gravissimis, iisque extraordinariis, & θεωροις s. in universum genus humanum, aut totam aliquam gentem, s. in plures ejusdem criminis reos, v. g. primum *Mundum, Sodomæos, Angelos, Core &c.* confert; quod judicium post longam tolerantiam, & expletam omnem nequitiam, *in die judicii* *yl. 9.* inferetur, atque improvidis & securis ταχὺν απωλεῖαι erit *yl. 2.* His denique addi potest, quod Judas dicat, *prius* jam olim *descriptos* ad hanc damnationem fuisse *yl. 4.* & P. tanq. κρίμα εκπλασίαι consideret, adeoque uterque moneat, de iis se se vaticinari, qui in Prophetarum oraculis, ceu insignes R. C. hostes erant descripti, vel in typis depicti, & quorum tragicus exitus prædictus, & præfiguratus fuerat. Itaque si quos in Prophetarum vaticiniis & antiquis figuris, insigniores Ecclesiæ corruptores deprehendamus prædictos, similibusque characteribus insignitos, nemo dubitare poterit, quin Petrus eosdem indicare voluerit.

*Qui in Prof.
gr. ac. sunt
Anti-Chrīſti.*

§. XXXVIII. Quod si nunc Prophetarum oracula consulamus, atque attendamus, *quinam* sint illi jam olim προφετημένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα *Jud. yl. 4.* corumque, quibus insigniti, characteres consideremus, eviden-

evidenter apparet, eosdem esse, quorum ortum, cum Ecclesia lucam, denique exitium, Johannes in Apocalypsi sub Bestie schemate describit: Regnum scil. Christo adversarium, in externa Ecclesia communione per foedissimam in doctrina, & cultu corruptionem, atque nefandam tyrannidem, cum supremi dominatus affectatione erigendum, quod, postquam Ecclesiam satis diu captivam tenuisset, sanctisque bella atrocissima intulisset, per exitum ex Babele, deserendum, denique vero in Domini adventu, atque illustriori Regni ejus manifestatione destruendum: Hoc enim, utpote cuius fata, cum fatis Ecclesia conexa, probe cognoscere, quam maxime intererat, potissimum inter hostes Christi, Profetarum vaticinia occupat: *Iisdem vero, quibus Petrus & Judas falsos Doctores, Dominum iplorum Redemptorem esse, abnegantes characteribus insigniunt, Regnum illud Anti-Christianum, ipsumque Anti-Christum describunt Profetæ, quod ex collatione apparet.* Nam, ut quædam faltem producamus testimonia, I. Intestinus & domesticus hic hostis passim describitur, in ipsa Ecclesia externa communione oriturus, ut Christo sociari velit *thronus nequitiae* Ps. XCIV. 20. qui Pastor esset, sed *solidus* Zach. XI. 15, 16. *vitis*, sed ex Sodom Deut. XXXII. 32. *Mulier*, sed *stulta* Prov. IX 13. *Zizania* inter *triticum* Matth. XIII. *o arvumque in Templo Dei* lessurus 2. Thess. II. 4. Bestia ex Terra ascendens Apoc. XIII. 11. Quare Ecclesia exprobratur, quod habeat tenentes doctrinam *Balaam & Nicolaitarum* Apoc. II. 14, 15. & permittat *Jesabel* docere Apoc. II. 20. Quin imo II. notantur, qui sibi ex supremo

Dominatu, de fide decernendi, & leges pro arbitrio
ferendi auctoritatem tribuunt: *quorum lingua gran-*
dia loquens, quia dixerunt: pro lingua nostra domi-
natum constituanus, labia nostra nobiscum sunt, quis
nobis Dominus? Ps. XII. 4. ex alto loquuntur, posuerunt
in caelo os suum. Ps. LXXXIII. 8, 9, os grandia loquens
Dan. VII. 8. conf. c. VII. 36. sessurus enim in Templo
Dei ὁ αὐτοκένευσθαι τανq. Deus 2. Thess. II. 4. falsi Pro-
fetæ Matth. XXIV. 11. conf. Apoc. XIII. 15, 16. Hinc
III. doctrina in præcipuis fidei articulis corruptio:
Vitis illius uvæ felleæ, vinaui, venenum Draconum &
aspidum Deut. XXXII. 32, 33, non est in ore redditum
Ps. V. 10. defraudationem loquuntur Ps. LXXXIII. 8.
conf. Prov. IX. 13. Apoc. XIII. 11. descendunt a fide, piti-
tibus deceptoribus attendentes, ac doctrinis Daemoni-
orum 1. Tim. IV. 1, 2. quare eorum apostasia 2. Thess.
II. 3. & avaricia Matth. XXIV. 12. & sedu^ctio Is. II. Apoc.
XIII. 14. & fornicatio ac blasphemia Apoc. XVII.
2, 4, 5. commemorantur, & propter αἱρεσίας αἵρεσεως
2. Petr. II. 1. ὁ νι^όστατικειας 2. Thess. II. 4. & Απολλύνν
Apoc. IX. 11. IV. Affectatus in Ecclesia Dominatus,
iis indicatur oraculus, quæ n. 2. produximus, addimus
tamen nomina mystica Balaam & Nicolaitarum Apoc. II. & quod vocatur בָּאֵת רַבְעָתָה אֶת־עַשְׂרָה Deut. XXXII.
42. רַבְעָתָה אֶת־עַשְׂרָה Ps. LXVIII. 22. רַבְעָתָה אֶת־עַשְׂרָה
Ps. CX. 6. יְהוָה מלך יְהוָה Jer. XXV. 26. Hos. V. 13.
αὐτοκένευσθαι & ὑπεραιρόμενος, pra se ferens, ἐπειδὴ
Θεός 2. Thess. II. 4. Αὐτοκένευσθαι 1. Joh. II. 22. ita vice &
loco Christi, ut Dominum, quod huic Redemtori
competit, sibi tribuat: Et sic V. Dominum redemisse
negaturus describitur, quando γεν^ό propter iustitiae

J. C.

J. C. contemtum passum vocatur, & tempus Regni Anti-Christi peculiariter signatur, quo ablatum erit sacrificium iugis, ad ponendum abominabile stumentis, h. e. quo confessio iustitia Dei, & Regni ejus mutanda in idololatriam, & sacrificium spuriū Dan. XIII. illud conf. c. IX. 38. & Anti-Christi hic character indicatur, quod Christum in carnem venisse neget, 1. Joh. IV. 3. dum scil. aliud sacrificium introducendo, & populum ad formam V. T. in servitutem redigendo, Christum venisse, & unico sacrificio omnia consummasse Hebr. X. difficitur, quin illo res nihil, tanq. pretium animæ alius vendit, & ceu satisfactiones imponit Es. LV. 2. Apoc. VI. 5. quæ defectio, tanq. spiritualis scortatio, & Idololatrici sacrificii oblatione, ut alibi, sic Es. LVII. prolixe describitur, & damnatur. Præcipue vero VI. insupportabilis illa arrogantia, & ferocia reprehenditur, quod se extollat επι παντα λεγομένον Θεόν, ἡ σεβασμα 2. Thess. II. 4. & supra omnia se magnificet Dan. XI. 36, 37. cum iniquissimo Potestatum secularium contemtu, qui fastus intolerabilis in typho & typo Babylonii describitur Es. XIV. 13, 14. conf. Apoc. XIII. 16. & XVII. 2. seqq. Et VII. Avaritia, atque variz sibi deditos, per sacram cumprimis illam mercaturam, emungendi artes Zach. XI. 16. Es. LV. 2. & LVI. 1. 2. Tim. III. 2. Apoc. VI. 5. & XVIII. 12. seqq. Hinc VIII. Luxus & luxuria Es. LVI. 10, 12. 2. Tim. III. 2, 3, 4. Apoc. XVII. 4. & XVIII. 14. Atque IX. Lascivia, scortationes, adulteria, aliaque sceleræ, que Sodomæorum peccata, Jud. xl. 7. quare ex vite Sodom, vitis eorum Deut. XXXII. 32. & Improbus Es. XI. 4. & homo peccati 2. Thess. II. & Babylon ma-

gna, mater scortationum, & abominationum Terræ Apoc. XVII. 4, 5. & Civitas magna, quæ spiritualis Sodoma c. XI. 8 dicitur. X. Modus subintroducendi, propagandi & extendendi sectam s. Regnum, ex tenuibus initii progreendi ad plenam manifestationem, indicatur Matth. XIII. 25. 2. Theſſ. II. 6, 7: 8. & q. cum omni potentia, & signis & prodigiis mendacibus, & cum omni fraude iniuritiæ 2. Theſſ. II. 9, 10. Apoc. XIII. 13, 14. imo perviam Cain, ut occidantur, quicunque non adorant imaginem Bestiæ Apoc. XIII. 15. & Mulier ifta ebria sanguine Sanctorum appareat, cap. XVII. 6. Paucorum tamen fidelium Reliquiæ XI. sub ifta errorum & scelerum colluvie extitura, sub dominatu & tyrannide Sceptri impietatis gementium, partim etiam contradicentium, instar Noachi & Lothi Ps. XII. 2. Es. LVII. 1. Mich. VII. 2. Zach. X. 2. & XIII. 8. Apoc. II. 24. & III. 4. & XI. 3. & XIII. 8. & XIV. 2, 3, 4. Verum XII. hos ipsos, nutante pede illorum, liberandos, & per agnitionem Domini & Servatoris, ab iis, qui in errore verfantur, separandos esse, non minus prædictum est. Es. XLVIII. 20. & LVI. 1, 7, 8. & LVII. 13. Jer. LI. 6. seq. & xl. 45. Mich. VII. 4. Zach. X. 8. & XIII. 3. Cantic. VI. 9, seq. Matth. XIII. 40. Apoc. III. 7, seqq. & XIV. 6, 8. & XVIII. 4. Quorum tamen XIII. in multis temporib[us] Apoc III. 15. & corruptio Es. LVIII. & LIX. reprehenditur, ut etiam sint, qui Tyri artibus, veluti cantilena meretriciis decepti Es. XXIII. 15, 16, 17. regrediantur, & inquinamentis rursum implicati superentur, adeoque Bestiæ characterem in fronte sua, aut in manu sua recipient, maximo suo periculo & damno Apoc XIV. 9, 10.

Deni.

Denique XIV. haud facile alii ostendī possunt *εἰς τὸ κρίμα προγεγράμμενοι* Jud. 4. sibique *velox exitium accersentes*, οἷς τὸ κρίμα εἰς τὰλαι εἰς αργεῖ 2. Petr. II. 2, 3. quam *hi ipsi*, quos diximus, Christi Domini adversarii, de quorum exitio Jehova dicit: *nonne reconditum apud me, sigillatum in thesauris meis, Mea est ultio &c. & felixant quae futura sunt eis* Deuter. XXXII. 34, 35. quod gravissimum fore judicium, & apertissimum vindicta divinæ indicium, passim vaticinia confirmant, l. c. xl. 35-42. vid. Ps. V. 7. & LXVIII. 22. Et XI. 4. & XXX. 33. 2. Thess. II. Apoc. XVII. XVIII. XIX. & cum maxime horrendis, iisque, ut Sodomæorum, sic Ægyptiorum θηλατού, comparant Joel. III. 19. Zach. X. 11. eo fine & fructu inferendum, quem ipse Jehova indicat: *videte nunc, quod ego, ego sum, & non sunt Dii mecum* Deut. XXXII. 39. atque conspicatur in vestimento & in femore nomen scriptum, *Rex Regum & DOMINUS Dominantium* Apoc. XIX. 16.

§. XXXIX. Per hos itaque characteres, quum *επιλογος* satis detecti sint ψευδοδιάσκολοι illi, de quibus vaticinatus est Petrus, utique sensus hujus loci per even-
tum comprobatus est. Quare iis, quæ vel dicta sunt, vel dici adhuc possent, amico B. L' judicio relicitis, heic subfistimus, atque pia Jud. xl. 20 - 25. monita commendantes, huic dissertationi, seria Petri 2 Epist. c. III. 17 - 18.hortatione, finem imponimus: *Vos igitur dilecti, qui hæc prescritis, cavete, ne illorum nefariorum errore abdulti, excidatis a propria stabilitate. Sed cre- scite in gratia & agnitione Domini nostri & Salvato- ris Iesu Christi. Cuigloria & nunc, & ad tem- pus sempiternum, Amen.*

FINIS.

CAR.

CARMINA GRATULATORIA.

Mein Freund die Eugenien / die Deine Seelen zieren
 Und die Vortrefflichkeit / die Dein Gemüthe kennet
 Die müssen verman zu dem Affeße führen /
 Den man mit allem Rechte die Freundschafts Liebe nennt;
 Und weil es das Glück hierin mit wohl meynet /
 Indem es hat erlaubt / daß wir an Dir erblickt
 Die Eugen / welche stets in Deinen Thaten scheint /
 Womit Dein edler Geist vorzestlich ausgeschmückt /
 So haben wir Dich auch Hoch - Wehrten müssen lieben /
 Und zwar auf solche Art die nicht gemeine heißt /
 Dann unser Herz ist voll von solchen heissen Trieben /
 Davon ein jeglicher die stärkste Liebe weist /
 Und diese treibt uns an / daß wir uns froh beseitzen /
 Weil Dir an diesem Tag das Glück zur Seiten steht /
 Ja weil Du heute wirst auf den Cathedra steigen /
 So ist auch unser Wunsch / daß Dir's nach Willen geht /
 Inzwischen gib Pardon, daß wir Dir gratulieren /
 Ja nimm den schlechten Vers zum Freundschafts Zeichen ein /
 Und glaube / daß so lang sich unsre Herzen eihen /
 Wir unveränderlich Dir treue Dienst sehn.


Mit diesen wenig gesetzten Zeilen wollen ihre schul-
dige gratulation aus frohem Herzen ablegen


J. ARNOLD POLLICH, S. S. Th. Stud. Palatinus.
JOH. GEORG SCHIEDE, S. S. Th. Stud. Anhaltinus.

In Sacris quamvis nobis faustissima multa
 Sunt promissa, tamen vultu non semper eodem
 Posse frui gentem Christi, simul inde videmus,
 Quod casus varij maneat hanc, diraque fata,
 Doctrinae errores multi, falsique Magistri,
 Hos nobis situit tua Dissertatio docta,
 Quam pulchre jam defendis, perdoce WILHELMI,
 Et digito monstras Doctores, qui fugiendi
 Gratulor hos ausus: Bene vivas, Oprime Amice,
 Porro Tuis Musis adipserit Numen ab Alto,
 Ut metas tangas, & premia digna reportes.

Hac tenius Nobilissimo & Doctissimo Domino Respondenti
Amico suo Suerissimo apposuit

JOHAN. GEORG SCHIEDE, S. S. Th. Cultor,
Halle-Castellanus,





004 6354

ULB Halle
002 842 548





3

82

V3 17

Rukov





3

Q. D. S.
DISSERTATIO THEOLOGICA,
 DE
FALSIS DOCTORIBUS
DOMINUM IPSORUM EMTOREM
NEGANTIBUS
^{AD LOC.}
2 Pet. II, v. 1
QUAM
 ΕΑΝ ο' ΚΥΡΙΟΣ ΘΕΛΗΣΗ ΚΑΙ ΖΗΣΩΜΕΝ,
AUSPICIIS
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI FRIDERICI,
 HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.
PRÆSES
JOH. CHRISTIAN KIRCHMEJER
 S. THEOL. D. EIUSDEMQUE PROF. PRIM. ET CONSIL. ECCLES.
 ET RESPONDENS
 JOH. VAL. WILHELMI, S.S. THEOL. CULT.
HEIDELBERGA PALATINUS,
 PUBLICA DNN. COMMITLONUM DISQUISITIONI
 AD D. XII. JUNII. ANNI MDCCXXXIII.
 EXPONUNT.
 ——————
 MARBURGI CATTORUM,
 TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOG.

E